

TUDOMÁNYEGYETEM
KÖNYVTÁRA
SZEGED

64570

FIGYELMEZTETÉS.

Amennyiben a cselekmény súlyosabb büntető rendelkezés alá nem esik, kihágást követ el és egy hónapig terjedhető elzárással büntetendő, aki közgyűjteményben őrzött kéziratot, könyvet vagy más tárgyat eltulajdonítás szándéka nélkül, de a kikölcsönzés tekintetében meghatározott szabályok megszegésével elvisz vagy a szabályszerűen kikölcsönzött kéziratot, könyvet vagy más tárgyat a kikölcsönzésre megszabott határidő letelte után felhívás ellenére sem szolgáltatja vissza. (1929:XI. t.-c. 46. §.)



Háromszoros csinos
utca 3 level!

9/11

L I V I I

HUNGARICI

ANTONII BONFINII

HISTORICÆ ORATIONES

SELECTÆ,

AUREATO HONORI

Illustrissimi Domini

JACOBI MESKO

L. B. de Széplak,

AA. LL. & Philoſophiæ Baccalaurei,

DUM

In Alma Episcopali Universitate

Soc. JESU Caſſoviensi.

P R O M O T O R E

P. STEPHANO SZABO

Soc. JESU, AA. LL. & Philo-

ſophiæ Doctore, Ejuſdemq; Pro-

ſeſſore Emerito, & p. Seniore,

ſupremâ AA. LL. & Philoſophiæ Laureâ


condecoraretur,

A GONDISCIPULIS DIGATÆ.

Anno Salutis M. DCC. XXXII. Menſe Julio, Die

ſis Academicis, per Joan. Henric. Frauenheim.

510
A



64570



Ad Lectorem.

DUm *Supremum Philosophiæ*
hōnorem bene meritis destinarem,
cogitabam unà, qua potissimum docta
lucubratione curiosum, & sciendi avi-
dum Lectorem sine fastidio oblectare pos-
sem. Meditabar equidem novum opu-
culum; & ut plerique censebant, non
ingratum; quia nec peregrinum, nec
insuetum: sed, nescio quō fatō spes cum
perire evanuit. Mox inde ad alia con-
versus, quā peritorum suasionibus, quā
aliorum doctorum exemplis sum perme-
sus; nimirum, ut, quod laudabiliter
hactenus multi egerunt, è variis Histori-
is excoerptas Orationes in lucem publi-
candendo; id ego quoq; , & maxima
peris laude, & non mediocri mansue-
torum Musarum commodo, facerem.
Orationes itaq; Selectas ex Historia
Unga-

utraque officia pertineret, nunquam tamen tantum, neq; de Diis, neque de mortalibus promeruisse me credideram, ut Regis me munere dignū judicaretis. Proinde perpetua utriq; gratia est habēda. Et si grati hæc animi esse solent, non tamen minùs, quæ meæ sunt dignitatis, & officii quàm agenda gratia, die, noctuque sunt mihi animo agitanda, ne tanto me munere indignum existimetis. Quoties, quæcumque Regi cuiq; optimo inesse debent officia mecum cogito, quàm grave munus obiērim, facillimè noverim. Nam, quæ alienæ gubernationi Præfectus est, ita gerere debet, ut cæteris quoque præstantior habeatur. Nihil contrà turpius eo qui suō imperiō censetur indignus. Si traditum à vobis munus detrectarem, pro filii quidem id foret animi: contrà vero maximi, res magnas adoriri, & propria virtute, divinâque spe confirmari. Quam quâ rei gravitas aliquantulū dehortatur, sunt tamen multa, quæ fiduciam augent & vos de me bene sperare jubent: in primis rerum experientia, tolerantia laborum, & animus cum corpore domi, forsitanque assiduò exercitatus. Nemo unquam (mihi credite) bene imperabit, qui prius rectè parère non didicit. Neque bonam veteranum inveneris, qui malum

ronem exhibuit. In castris vestris natus, & educatus sum, comilitones: neque lactentem prius mamillam, quam cruentum gladium apprehendi. Pro molibus quidem cunabulis clypei substerneantur, & infans ex frigido amne lavatur; sub die noctem æquè, ac diè ducere, rigus, & æstum juxta pati. At ubi aliquid tantulum adolevi, audacter arma tractare, pugnare sub vinea, depugnare cum paribus singulari certamine; quandoque belli simulacra agere, educere exercitum, aciem instruere, disponere cornua, primus datò signò congregari, & disceptò præliò, redire novissimus, quin etiam sæpè certatim tranare Danubium, & magnos amnes. Ad palum præterea exercitabar, decurrebam in stadio, hippodromumque frequentabam. Et ne quid pugnae genus intentatum dimitterem, temporaria obsidere oppida placebat, circum turres erigere, admoveere machinas, petere mœnia quatere, quasque subinde conscendere, deturbare oppidanos, nullum, præter militarem, habitum induere, diu, noctisque ferre arma, & in aggere ferre semper sub galea dormire. At ubi grandævorem ætatem nacti fuimus, fortissimè proceres, neque infestum hostem perhorrescere, neque laudis, & gloriæ gratiâ mor-

priæ gentis amantiſſimū , & imortalitatis
 cupidiſſimum, pro Rege delegiſtis, fortiſ-
 ſimi viri. Qui ſi neque vobis, neq; mi-
 hi defueritis (quando Martem nobis pa-
 trem nunquam defuturum eſſe novimus)
 per brevè oſtendam, me non magis huma-
 nò judiciò , quàm Divino Numine , Re-
 gem eſſe creatum : quàm obrem eò ma-
 gis mihi enitendum eſt, ut utrique ſa-
 tisfaciam, quamvis id ſinè utriuſque ope
 præſtari nequit. Quod igitur me è Sena-
 tûſconſulto decreviſtis, & tot populorū
 jūſſu approbâſtis, id fauſtum, & felix Mars
 pater optimus eſſe jubeat, ac omnia ſigna
 confirmet : ſicque cætera Numina fa-
 vant. Proinde de me, comilitones, bene
 ſperate, confidite Reipublicæ : in propa-
 gandum Scytharum imperium, omnes in-
 genii nervos intendite. Apud omnes
 Martis, Herculiſque parentis aras rem-
 divinam facite, celebrate hecatomben-
 & Diis imortalibus cumulatiſſimos hono-
 res impendite. Atilam nunquam expo-
 ſtationi veſtræ defuturum, imò acerrimū
 hoſtiū flagellum omnino futurum re-
 putate.

O R A T I O II.

A R G U M E N T U M.

*I*nterfecto Buda fratre, in diem, a quo poſitum
 in conversionem popularium meſurans Ati-
 la

la; dissimulata facti penituntine, hac Oratione se purgavit. Ad Annum Christi circiter. 402.

Quàm misera sit conditio, & fors ipsa regnantium, exemplò meò discite, Proceres: qui, ut justitiam, & æquitatem, ac mandatorū observantiā edocere, atque simul ostenderem, quo studio edicta, & imperata præstari debeant, fraterno heu sanguine me id experiri prius oportuit. Fratrem unicum, quem mihi consortē imperii fecerā, ut interficerem, me necessitas adegit, Romuli (ut ajunt) necessitate adductum, qui legum, mandatorūque contemptum, fraterno, quàm alienò suppliciò ulcisci maluit. Non enim ignorabat vir ille divinus, qui è pastoribus ovium, Reges gentium facturus erat, nullū bene imperiū, & regi, & amplificari posse, nisi omnes legibus, ac Regi parere didicissent. Quòd si leges, & edicta pro irritis habeantur, omnia protinus misceri videbis, & ire perditum. Justitia namque sola, non modò Republicas, & imperia, sed societatem omnem munit, & servat. Quin etiam facinorosissimā quamque multitudinem, velut in latronibus videmus, qui partam æquè prædam partiuntur, æquitas ipsa ne sol-

vi quidem facile patitur. Hac potissimum
 magistra, majores nostri, Barbaro genere
 nati, ita imperium auxerunt, auctamque
 servârunt, ut sui posteris jam universo
 orbi leges dare confidant. Proinde meo
 sanguini non peperci, ne exemplô meo
 facinorosorum audaciâ confirmarê: qui-
 bus tantò studiosius cavendum est, ne ve-
 minima errata committant, quantò severi-
 us in seipsam animadvertendi justitia Re-
 gia sumpsit initium. Hæc quoque pa-
 travimus, ne sacrosanctæ justitiæ Numen
 perniciosâ quadam indulgentiâ incesta-
 remus. Qui gubernationi, salutique pu-
 blicæ natus est, & in tanto fastigio divi-
 no Numine collocatus, nulla privati af-
 fectûs ratione, à publica utilitate, & æ-
 quitate diverti debet. Imò quantò con-
 junctior est, qui errârit, tantò severius
 in eum animadvertendû est. In Provin-
 cias populi Romani profecturus, non tam
 ut earum injurias ulciscerer, sed Scythi-
 cum imperium propagarê, ad quod me
 natum, ut par est, semper existimo (me
 miserum) fratrem admonui inprimis, ut
 Regnum pacatû diligentissimè curaret,
 justè sanctèque gereret, nemini jus suum
 eripi pateretur: deinde ut Sicambriam, ut
 bē olim populi Romani, ex legione auxi-
 ziliatrice constatam, eductamque è Sicam-
 briam

bris, extremis Germaniæ populis, quandoquidem multas quondã Romani legiones, præsertimque Germanas in Danubii ripa collocârant, in urbésque redegerant, ut Barbaros transitu fluminis inhiberent. non modò instauraret, sed mœnibus longè ampliõribus circumduceret, demùmque meo nomine appellaret. Quid fecit infelix? Imemor edicti, imemor mei, qui fraterna charitate, in Imperii societatem, neminẽ corrivale admittentis, adsciveram, præ ambitione imõdica, ut nomẽ, ac dignitatẽ meam sensim attenuaret, ut demum unicus imperaret, regiam sedẽ, contemptõ mandatõ, à se Budã nominavit: læsæ Majestatis crimen, de eo tam bene meritæ, pro nihilo duxit. Quem Regẽ creâstis, quem Martis, Herculisque Patris Numen esse jubebat, non solum pessumdare, sed delere speravit. Quod quidẽ facinus ubi compertũ habui, haud iniquo ex teste furorem concepi, nondum oblitus, qua charitate, ac fiducia, & quanto mentis ardore traditam Scythicæ Reipublicæ sumã acceperrã, non tam mihi, quàm Imperio vestro insidias parari intelligebam. Ab omni semper expeditione, & ab ea vel maximẽ, quæ in Imperium Romanũ pararetur, me semper revocare nitentur. Romanos tabellarios sæpẽ

cum literis intercepti, notis quibusdam
 obscuris exaratis, quibus hostes multa,
 & præsertim integrum Scytharum Imperium
 fratri pollicebantur, si à me ille deficeret,
 aut quavis arte me circumveniret, à bel-
 liove invito revocaret. Immodica fides
 fallatur, immodica quoque indignatione
 conficitur. Quid plura? Ne dux vobis
 natus, è medio tolleretur, ne Scythia
 Atila subriperetur ne fidissimo propugna-
 tore Scythia defraudaretur, ne Romanis
 domitandæ Scythiæ occasio daretur, ne
 sacrosanctæ justitiæ Numen pollueretur,
 ne meâ perniciosâ negligentia, ac stoli-
 da charitate, facinorosorû audacia augeretur,
 fratrem compertis insidiis, contemp-
 ptò mandatò, læsa Majestate regia, non
 quæsito licitore, non accito carnifice, non
 Respublica à meo sanguine læderetur
 adortus interfeci. Fratrem, quàm Regnum
 quàm Republicam, quàm dignitate carere
 malui. Quòd si neque sanguini meo
 neque unico fratri, Reipublicæ gratiam, me
 pepercisse videtis, quid in alios, qui scel-
 leratè quid commiserint, me facturum puta-
 tis? Pugnavit in pectore meo aliquantulum
 per cum publica, privata charitas: pu-
 blicæ tandè rationi privatus cessit affectus
 quod omnibus his, qui præsunt, faciendum
 esse censeo, si optimè sibi, & Reipublicæ

consultum iri velint. Tu autē, frater infelix, mecum usque regnāsses, si pari mecum amore, & publica charitate certāsses. Non te in Regni consortiū frater, admiseram, ut te mox vitā privarē; quando tecum, qui unicus, idēque carissimus mihi fueras, dignitatē, & utramque fortunam communicare volui. Non eā causā te tantūm evexerā, ut te subinde carerem, sed ut gubernandi labores cū honoribus pariter, & triumphis tecū impartirer, ut mutuò quandoque alter alteri congratularemur. Plus tibi, quā mihi timere solebam; ego labores, ego pericula obibā, ego in prælia descendebā, ut tuā meæ vitæ anteferrem. Non fratris, sed unici locò filii te habebam: si fortuna dedisset, ut immaturò fatō intercerer, te Regni hæredem, te mei nominis defensorē, & ultorem cædis fore sperabam. O spes hominum fallaces, ô miserā mortaliū conditionē, & eorum præsertim, qui in aliquo fastigio siti sunt, quibus quantò fortuna major, tantò editior miseriarū, & periculorū cumulus accedit. Maluissem, si per utilitatē nostræ Reipublicæ licuisset, hostili manu occumbere, quā fraterno sanguine fœdāssē manus. Malim tamē præpotentis justitiæ Numen fraternali victimā pro Regni salute expiare,

Theodoricum Regem, & Aetium Patritium Romanum, in acies Atila distinxisset: medias inter legiones, hac Oratione suos ad pugnandum hortatus est.

VENIT tandem, quod semper, commilitones, optavimus, ut eò angustiarum Romanas copias redigeremus, ubi aut turpè ditionem facere, aut si quid ausi fuerint, vestra manu occumbere cogentur. In extremam Narbonensis Galliarum se receperunt, dum vos fugiunt, & Gallos à vestris armis vindicare nequeunt, unde se facile expedire non licet: hinc mare Gallicum montesque prohibent: hinc vestra agmina, ac flumina circumveniunt, pedemque referre minime patiuntur. Ad extrema res Romanae redactæ sunt, quæ si nunc virtute vestra proterentur, neque vos ultrà pugnare opus erit, neque illæ amplius resurgere poterunt. Nam omnes in hoc prælio vires coegere, quibus absumptis, nil reliquum est, quod orbis Imperium nobis impediat. Ne id quidè spe ancipiti expectandum, quando rerum omnium vicissitudinem esse cuncta Numina jubent. Neque in rebus humanis firmum, & perpetuum quidquam, sed momentanea, ac fluxa omnia, nisi ea, quæ vis, & ar-

ma confirmant. Sat populus Romanus imperavit, sat universos orbis populos ludibrio habuit, sat humanarum gentium cervicibus insultavit. Quae nisi Scythia, foecundissima gentium officina, repressisset, adhuc misellus orbis imperiosa hac tyrannide teneretur. A solis exortu Parthi, nostra generosa propago, primi eorum furorem & audaciam conciterunt: ab Aquilone Daci, Getae, Sarmataeque, & nostri nuperrime Gothi: ab Occasu, Cimbri, ac Galli: à Meridie olim Carthaginenses, & cognati nobis Vandali, Unni nunc, & progenitores nostri majoribus rem viribus adorti. Omnes ferè Provincias populi Romani, Danubii accolae nobis dare coeperunt. Nos autem Pannonias Myrias, Thraciam, Macedoniam, Achaenam, ac Illyricum adjecimus, cuncta discursavimus, armisque occupavimus. Item Germanos, Noricos, Vindelicos, Rhodanos, & Suevos, ditioni nostrae conjunximus. Gallias nostris copiis ita perfundatas reddidimus, ut vicatim quidem, & oppidatim incendii, ac ruinae monumenta fecerimus. Soltanum, Hispanias anhelantem, in Mauritania rejecimus. Proinde quid superest, fortissimi viri nisi ut novissima hunc Romanorum exer-

citū ad interitū cædamus : & Visigo-
 thas, qui ab Ostrogotharū nostrorū co-
 gnatione perfidè defecerunt, non ime-
 ritò ulciscamur. Cū Romanis miserrimi
 conjurârunt, quorū jam serè impe-
 riū extinxerant; à suo sanguine defe-
 cerunt, ut cū dominis conjurarent, eis-
 que demū, -ut olim antea, seruirent.
 O deperditam stultitiam, ô servilē per-
 fidiam! Quos si æquo Marte vicerimus,
 ex hac nunc hora Visigotharū imperiū
 in perpetuam Ostrogotharū servitutem
 cū ipsis asserendos prædico, jubeo, &
 addico, ut demum seruiant, qui impe-
 rare nescivêre. Venit igitur illa dies,
 quæ laboribus, expeditionibûsque ve-
 stris finē imponet: neque cum liberis,
 & uxoribus ampliùs peregrinari oport-
 tebit. In opulentissima, & mollissima
 Italia requiescemus, & è Capitolina ar-
 ce universo imperio prospiciemus. Mars
 pater tandē nostri miseratus: in cujus
 manu cum sint cunctorū jura Regnorū,
 nobis, ut vobis omnibus exploratū est,
 suū ensē mirificè tribuit, ut vobiscū
 omnibus terrarū populi imperaremus.
 Dexterrimus tamē ille pater, Scythicæ-
 que gentis Deus præpotens, ad novis-
 simū Romanos cum Gothis cœnatū re-
 degit, partim ut unô tantum præliō

omnia vinceremus, partim ut in tanto hostiū apparatu, Scytharū sese vires periclitarentur, eorūque virtus clarior fieret. Me si solita virtute, ac fide prosequimini, jamjam victoriam vobis partam existimate. Cum his vobis pugnandū est, quos sæpè vicistis. Romanos è Dacia, Germania, Pañoniis, Mysiis, Noricis, & Illyrico ejecistis. Vigiogothas sedibus propriis expulistis. Non eū novo hoste, sed cum plagiario seruo nobis hodie res est, invidiissimi viri: quibus superatis, mox inermes, Romanū, & totius orbis Imperiū obibitis. Neque vos gregariorum numerus plane deterreat, quando seruos, calones, licixas, & agreste quodque vilissimū genus hominum, in legionum supplementa sumpserunt. Veterani vos estis, & laboribus militaribus assueti, neque veram dimicandi artem ignoratis. Accessit continuata victoria, quæ ita hostium animos consternavit, ut ne vultum quidem Scythicum videre, nedum congressi cominus audeant. Hæc victis misera est data conditio, ut servili animo affecti, facile observari nequeant. Contra victoribus plus æquò semper attolitur animus. Quare cum sub meridie signum pugnae dabitur, Scythica virtus

te pugnate, commilitones invictissimi. Romanam superbiam contundite, vestris armis è collo gentium servilia iuga recidite. Subactum orbem, in libertatem asserite. Incumbite gloriæ, & immortalitati, Scythicæ virtutis non immemores. Inter pugnandum sæpe vobiscum reputate, uxores, liberósque vestros in vestris dextris esse sitos. Quòd si qua fati iniquitate animos remiseritis, cogitate, quando nullus fugæ reliquus est locus, vos cum liberis, & uxoribus ad unum omnes esse interituros: proinde forti animo pugnate. Et quando in hoc novissimo prælio, totius Orbis Unnis propositum est Imperium, usitata virtute, totisque viribus omnino certate, ac vincite.



ORATIO IV.

ARGUMENTUM.

Thorismundus, Theodorici Gothorum Regis, in campis Catalaunicis extincti filius, peractis Tholoja ludis funebribus, hac Oratione paternis Manibus parendavit.

Paterna me fortuna docuit, fortissimi Principes, nihil in rebus humanis inveniri posse, quod sit omni ex parte bea.

beatum: atque si altiùs sentire velimus
 níl præter dolorem, solitudinem, &
 miseriam in hac laboriosa vita consiste-
 re: & quò magis dignitate, statu, vi-
 ribùsque pollemus, eò impensiores in
 nos fortunam dominatum exerceat. Præ-
 postera (mihi credite) nomina fecimus
 & dum majorem anhelando potestatem
 nobis ipsi sapere videmur, eò magis pro-
 fectò desipimus. Nam humiles, & im-
 becilles, quos miseros ducimus, nobis
 certò longè feliciores habendi sunt: ne-
 tot quidem labores obeunt, neque tam
 mordaci solitudine, & ardenti cupi-
 ditate afficiuntur, neque tot doloribus
 excruciantur, neque tot, & tanta peri-
 cula subeunt, neque tot mala formida-
 re coguntur; si mortem imminentem ad-
 verterint, non secùs, ac miseriarum
 omnium affertricem non metuunt, non
 expavescunt, sed expectant, invocant
 & implorant. Contrà, nos molliùs
 & delicatiùs educati, níl morte miseriarum
 us ducimus, continuatam lætitiã, &
 fortunæ dexteritatem appetimus, in qua
 enutriti, mala inopina molestiùs tole-
 ramus: & quandoque usque adeò inso-
 lescimus, ut nulla nobis incommoda ac-
 cidere posse arbitremur, veluti peculiaris
 res Bonæ fortunæ filii. O miseram mor-

talium conditionem, ac Regum vel præ-
 cipuè longè miseriozem. Sperabam, pa-
 ter optime, te triumphantem hodie cum
 Aëtio collegâ Tholosam aditurum, cate-
 natósque Reges longa pompa, ac ordine
 perducturum. Nunc autem pro trium-
 pho (nescio qua fati iniquitate) ne
 qua solita lætitia exhilaremur, flebiles
 tibi cogor exequias comparare: tuique
 milites pro triumphali plausu, faustis-
 que acclamationibus, miserabiles adi-
 guntur edere ululatus. Nec aliquis de-
 fuit doloris impatiens, qui adactò pe-
 ctori pugione, ne fidiorem tibi in bel-
 lo societatem, quàm in morte comita-
 tum afferret, tecum ad inferos descen-
 dere recusârit. Aëtii prudentiâ, & for-
 titudine tua, pater optime, vicimus:
 neque ullum victoriæ tuæ fructum legis.
 Nos cum Aëtio, & morte & servitute
 liberâsti: nos contrâ, te tuô fatô libe-
 rare nequivimus: omnes legiones, quæ
 te nunc miserrimè lugent, & in conspe-
 ctu tuo gloriari, & exultare cupiebant,
 an te, an victoriâ carere malint, adhuc
 pientissimè hæsitant. Victoriâ, amis-
 so duce, sortiti, quonam modo victo-
 riâ potiri sinè victore poterimus? Me-
 miserum, cui veluti in conspectu tuo
 acerrimè pugnare, ita coram te par-

tâ victoriâ gloriari non licet. Ne felicem quidem Aëtium, verum Republicæ assertorem dicere possumus: cui præinnata modestia, amissô collegâ, jurâ triumphare non placuit. O iniquam, infidiosâmq; fortunam! quippe quæ pientissimo parenti tantopere arrisisti: & nunc averfa, non tantum per tot annos commodorum attulisti, quantum parvô nobis momentô abstulisti: patrê regio Gothorum genere donâsti, extulisti ad Imperii fastigium, omnium generandarum rerum gloriâ fortunâsti: præelaram, conciliatâ tecum naturâ, sobolê præbuisisti. Cum Romanis imperare voluisti, & in Gallia vel maximè Narbonensi, quæ cæteris terrarum Regionibus, & cœli benignitate, & civium præstantiâ morum, jure debet anteferri. In rebus bellicis, & in æquissimâ populorum gubernatione, ita fortunatè reddidisti, ut cum præstantissimo quoque Gothorum Rege (quod id benignè ab omnibus animô accipi velim) meritò conferri possit, quantam Gothis gloriâ pater attuleris, nemo ignorat, & quanti momenti fueris, tui societas, & amicitia, à cunctis potentatibus ambitionis expetita, planè testatur. Immanes

te Unni quotidianis literis, & largitionibus

nibus vexabant: Vandali, Alani, Burgundiones, & Germani impensius exposcebant. Imperii Romani majestatem quadam animi generositate observasti. Asiatici, & Orientales populi colebant. Ostrogothas ab Unnis oppressos, & in servitutem assertos vindicare voluisti, & jam vindicaveras, nisi mors iniqua prohibuisset. Dirum Atilam, qui se Dei flagellum appellari edixerat, majore longè flagello afflixisti. Jugum è collo gentium repulisti: te unà cum Aëtio Collega tuo, humani generis liberatorem omnes jure legiones appellant. Te jure Galliae Regem, te jure Gothi patrem pientissimum, te jure Alani, ac omnes Populi patronum fidissimum, te jure milites Imperatorem clarissimum, indulgentissimumque ingeminant, & exclamant. Vos autem, commilitones, quo possum studio nunc exoro, qua patrem fide, benevolentia, & virtute prosequi curastis, eadem uno omnes consensu Thorismundum primigenium complectamini. Hoc patris in vos pietas, hoc jus hereditarium, & æquitas omnis exposcit. Vos quoque, ô germani fratres, postquam ita fatorum series imperavit, ut patre pientissimo careremus, date operam, ut virtuti, & gloriæ studeatis. Nihil

hil agatis à dignitate regia alienum : nul-
 las illius Manes inferias gratiores expe-
 ctant, quàm suarum virtutum æmulationem,
 à vobisque non modò æquari; sed
 superari quoque æquò animò patiuntur,
 neque nos aliud exorant, nisi ut con-
 cordes quietè, gloriosèque vivamus, &
 vestigia sua usquequaque sectemur. Ego
 autem, quem leges, & genituræ jura ju-
 bent, comilitonésque salutant, si Re-
 gem esse jufferitis, non ut solus impe-
 rem, qui vobiscum regnare desidero,
 sed ne præposterè vivamus, néve meo
 jure defraudari videar, nunquam à vo-
 bis, neque officiò, neque pietate, ne-
 que studiò, neque beneficiã aliquã
 superari facillimè patiar. non mihi, sed
 vobis, & Gothis regnare perecupio, ca-
 teròsque populos, ditioni nostræ subje-
 ctos, de me vobiscum bene sperare ju-
 beo. Proinde concordiam imprimis, pie-
 tatémque colamus, fratres mei: sedi-
 tiones, & injurias prohibeamus, nos-
 que ad utilitatem publicam ratos existi-
 memus. Quid regia dignitas postulet,
 diè, noctúque meditemur: paterna ge-
 sta, tanquam archetypa semper ante oculos
 habeamus: néve è nobis aliquem
 degenerare patiamur. Ego verò de me
 illud habeo polliceri, nisi impentius de-

gnit

gnitate, & commodo vestro curaturum, paternumque officium refarturum, ut quem natu, muneréque majorem habeatis, cum humanitate, re, & comitate minorem esse intelligatis, neque patrem adhuc vobis defuisse sentiat.

ORATIO V.

ARGUMENTUM.

Cum ad Mincium Annem Hunni stativa habent, & universa tumultu, ac inopenti trepidatione miscetur, & fluctuat Italia; Leo Pontifex maximus, Christianae Reipublicae calamitatem miseratus, ultrò ad Atilam legationem suscipiens, hac eum oratione à vastatione Italia deterruit.

Non tam humano, quàm divinò mihi crede, consiliò, Rex. mortalium acinorum censor acerrime, ad te cum apostolico ordine venimus. Neque invocamus quando in divino cultu, & sanctorum salute versamur, te flagellum Dei, & terrorem gentium, populis divini fuisse voluntate tributum. Te ex minutissima gente editum, ad tantum fastidium à Deo, non sinè maxima ratione ductum intelligimus. Quando Christianae gentis iniquitas, & perfidia usque adeò

adeò redundárat, ut sinè divino flagello coërceri non posset, potestatem exigendarum ab hominibus pœnarum tibi Deus delegavit. Et, si veritatem tolerantius audiveris, te iræ suæ idcirco carnicem effecit, ut debitis homines pœnis afficeres, & eosque tuâ sævitiâ fureres, quousque divinæ justitiæ factum fatis reputaveris. Mysias, Thraciam, Pannonias, Illyricum, Macedoniam, & Achaiam ferrô, incendiôque vastâsti: quibus hæ populi Romani Provinciæ, non modò Ariana, sed varia quoque hæresi contemperate, perniciosissimè laborârunt; hujus etiam criminis ceterior, ulteriôrque Gallia rea fuit. Quare te cædibus, & incendiô latè, longèque grassantem, hucusque passa est divina severitas, mortaliū perfidiam, & ingratitude abominata. Nos, qui Dei omnipotentis vicem gerimus in terris, ac Petri, & Pauli tutelâ, & auctoritate potimur, aut in Illyrico, aut in Pannonia, Macedonia, &c. aut in Gallia tibi occurrissimus, & que divinæ voluntatis admonuissimus, si Divinæ Justitiæ putâssimus cumulatis sinè satisfactum. Nondum tunc Divinæ ira desiêrat: nobilissimum maris Adriatici tractum, tot colonis populi Romani, antiquissimisque urbibus exculcu-

te invadentem, ab Urbe, tanquam è
 specula prospeximus collachrymantes.
 Tamen neque tibi occurrimus, imò ne
 minimis quidem literis inhibuimus; quia
 irata adhuc Numina, & inexorabilia sen-
 seramus. Istriam, Transpadanam regio-
 nem te flammis, & ferrò miscentem vidi-
 mus, ne minimò quidem nunciò adhuc
 inhibuimus: quod ideò fecimus, ut has
 flamma gentes quandoque resipiscerent,
 suumque sinè labe colerent Salvatorem.
 Nunc autem præpotentis Dei voluntatè
 Atila, sic habeto. Te Jesus Christus o-
 ptimus, maximus, nunc pedem referre ju-
 bet, neque patitur, trajicò Padò, te cæ-
 dibus, spoliis, & incendiis ultrà sævire.
 Intra Padum gens pia viget, cæteraque
 Italia ab omni labe exempta, in Ortho-
 doxa fide consistit, propugnatorem ha-
 bet optimum, ac cœli, terræque Regem,
 omniumque rerum Creatorem. Si, tra-
 jicò Padò, ultrà contenderis, non cum
 hominibus, sed Diis immortalibus bel-
 lum tibi esse senties. Cave tibi, Atila, &
 exuta temeritate sævitiæque, coërce fu-
 gorem. Quid enim magis temerarium
 esse potest, quàm adversùs Deum arma
 gerere? Quid magis ingratum, quàm in-
 nocuum, à quo vitam, dignitatem, imperi-
 um, cæteraque innumera bona accepe-

ras, instruere aciem? extremæ quidem
 id foret amentix. Anianus, & Nicasius
 item plerique viri Deo deditissimi, ma-
 gnas à furore tuo urbes divina ope vi-
 dicant. Quid faciet Deus, cujus ve-
 minimo nutu, cum omnia Divinæ Maj-
 stati pateant, è summo fastigio facillimè
 deturbari potes, & ita deturbari, ut nu-
 la tui, tuorumque Scytharum monumen-
 ta supersint? Time Deum, divino nutui pe-
 reverenter obsequere, & servo, internu-
 cioque Dei lubenter ausculta. Quando
 quidem minimus servorum Dei, in no-
 mine Jesu, quod est super omne nomen
 & in signo salutis, unò duntaxat digito
 te, tuasque copias proteret universas. Ne
 audeas (te quæso) Atila, Romanæ ur-
 bis Sedem, quam sibi Deus optavit,
 vito Numine anhelare, in qua non m-
 dō Barbaras gentes, sed ne prolem qu-
 dem Romuleam Deus patitur imperari.
 Divini est (mihi crede) illa sedes imp-
 rii, ubi Deus per Vicarios, Pontificesque
 suos humana vota, ac preces exaudi-
 ibi humanam culpam, & delicta remittit.
 Ibi Deus jus quotidie dicit: ibi huma-
 crimina judicat, ac expendit. Ibi Petrus
 Pontifex maximus, Christi Legatus cum
 Collega Paulo dominantur. Ibi ceteri
 Pontifices, ejus locò ritè successi, ac

vina potestate donati præfunt, huma-
 namque salutem studiosissimè curant. Ne
 audeas igitur Urbem invadere, reginam
 gentium, sepulturam Martyrum, paren-
 tem Orbis, officinam triumphorum, &
 Divini potiùs, quàm humani imperii Se-
 dem. Parce Apostolicæ Sedi, sub Petri,
 & Pauli præpotenti Numine tutæ. Par-
 ce Pontificiæ arci, quæ ex ossibus Sancto-
 rum, & calce, Martyrum cruore suffusa,
 constructa est. Parce magnæ Aræ Petri,
 Petrâ suffultæ. Quicumque Romam olim,
 quæ Divini Imperii Sedes futura erat, in-
 vadere ausi sunt, è tanto sibi facinore exi-
 tium invenère. Senones Galli pari im-
 petu, ac viribus Italiam adorti, urbem
 invasère, præter Capitolium omnia di-
 ripuère, tot deinde cladibus, & errori-
 bus affecti, ac tam sinistra denique fatô
 vexati sunt, quòd Urbem Romam nun-
 quam vidisse, quàm cepisse maluissent.
 Porsenna potentissimus Hetruscorû Rex,
 non sinè vitæ periculo eam obsedit, atq;
 non sinè ignominia, & detrimento, re-
 infecta recessit. Romanam potiùs amicitia-
 m, quàm arma cupivit. Hannibal, as-
 siduis (ne deletas dixerim) populi Ro-
 mani viribus, ad obsidendam Urbem pro-
 sectus, non modò non expugnare, sed
 ne videre quidem dirus hostis potuit,

mox inde consciscendæ sibi mortis ne-
 cessitatem comparavit. Et ne per histo-
 rias evagemur, Alaricus nuper Gotho-
 rum Rex, idemque Scythiâ oriundus
 Romæ manus injicere ausus, post fœde-
 tam Urbis majestatem, commissumque
 piaculum, interceptâ mox vitâ, miser-
 rimè obiit. Mitiùs deinde cum imperio
 Romano se gessere Gothi, neque viribus
 neque feritate Unnis inferiores. Troi-
 de divini Imperii Sede, Atila, nunc a
 fine. Romam, Deorum domicilium, e-
 mitte. Regiam terrarum, matrem ge-
 tium, patriam populorum, antiquital
 sacrarium, monumenta triumphorum
 gnosce, & venerare. Potentissimam
 Divi Petri solio coërce manum. En-
 feri Pauli reformida Numen. Quod
 feceris, divinô simul, & humanô supp-
 ciô tu cum tuis cumulatè multaberis,
 mox serâ pœnitentiâ ductus, temeritas
 tuam frustrâ deplorabis. Quare omnip-
 tentis Dei ore, sub cujus tutela degimus
 & Principum sacrosancti Apostolici Ore
 nis mandatô, te copiasque tuas pede
 referre jubemus. Itaq; hinc properè
 fra amoveto, feras, Barbarasque gentes
 abigito, patrias sedes repetito. Pad-
 caveto superare, furori, ac cœdibus
 in perite. Humano sanguini pœ-


ricularum prospiciamus, & salutem nostram optime consulamus. Notam enim perpetuum fugillaremur, si Imperium, quod à Majoribus partum, & amplificatum accepimus, negligentiam nostram deleteretur. Difficile est, res amplas sibi parare: sed parvas tueri, multo difficilius. Quod cum mecum ipse quotidie reputarem, quem Reipublicam summam præfeceratis: præter instituta Majorum, pace, & Religione vera muniendum Imperium esse duxi: ratus, ad humanam Divinamque felicitatem nil esse accommodatius. Pace finitimum animos nobis conciliavimus. Et jam pro inita Christianorum religione Ungari, quos haud aliter, ac Anthropophagos, omnes abominabantur, externorum consuetudine mitiores effecti, æquis ubique oculis videntur. Nunc autem decernendum est, quomodo hæc confirmanda Imperii fundamenta, quæ per instituta pacem, & religionem jecimus, in dies coalescant. Verum, si sententiam meam suffragia vestra successerint, ea vobis deliberatio oblata est, in qua non humana consilia disquirere, sed Divina potius mandata sectari opus est. Fausillimum illud à me somnium sæpius audivistis, in quo per cœlestem mihi Deus internuncium significavit, me veram Religionem passurum

per Ungariam nunquam propagaturum, neque veri Dei templa per Pannonias fundaturum, quando sanctissimi huius Operis fundamenta à pollutis humano cruore manibus jaci nequeant. Sed cum me filium geniturum, qui hæc omnia peraget, & ad rectam fidem, ac veram Dei opinionem vos convertet universos. Multos in Religionem nostram traximus; ceteri autem, qui sunt innumeræ multitudinis, ne à prophanis Scytharum cæremoniis desciscant, obstinatis adhuc mentibus reluctantur. Ne uxoris quidem somniam ignoratis, in quo à Divo Protomartyre Stephano, ejusdem rei est admonita, filioque idcirco Stephani nomen est indicatum. Hunc igitur Imperiò vestrò quam maximè salutarem, Numina cuncta significant, quòd fortasse non vehementer asseverarim, ne quo privato in rebus publicis traheret affectu, nisi filii indoles, animò vita, mores, ac gesta, hæc omnia, quæ diximus, evidentiùs affirmarent. Testor Salvatorem nostrum Jesum Christum, quem Adalberti operam nuper agnovimus, cum ab ineunte pueritia incredibili arte, & observantia quadam inaudita, paternam sæpè insipientiam increpuisse, commonefecisse, ut Divino cultui semper innumerem. Commem me vobiscum age-

rem, remitterem vectigalia, coercerem
 vim, cædes, & latrocinia, bella compo-
 nerem, miserabilibus prospicerem, pau-
 peribus omnia erogarem, parique discrimi-
 mine Proceres, humilésq; tractarem. Mul-
 ta me Iveri consiliô, & efflagitatione fec-
 isse non disiteor, neq; me aliter ab eo
 atque ab aliquo Divino internuncio ad-
 moneri reputabam. A me genitum esse
 non inficior. Vobis, & salutis publicæ
 natum, prodigia cuncta portendunt. Ego
 quoque conscientia imperio sæpius adi-
 gor, hunc præter paternam observari
 dignitatem: quia quanti momenti sit,
 Deus admonuit, & res ipsa præ oculis
 flendit. Proinde, viri optimi, qui mecum
 & Republicam optimè gessistis, & Ga-
 tholicam fidem subivistis, vos oro, & ob-
 testor, quando me ad extremum vitæ ro-
 ductum videtis, ut Stephanum, vobis,
 salutis publicæ natum, in Patris locum
 sufficere jubeatis. Idque dum curetis
 populi sanctione, & exercitiis auctoritate
 faciendum: ne contra Numinum imperia
 ac mandata, quæ salutis vestræ è cælo pro-
 spiciunt, reluctari videamini. Quod
 vestrô nunc decretô confeceritis, cæteri
 vestra auctoritate ducti, hæc eadem ap-
 probabunt. Quod ut faciatis, non tam
 miserabilis mea senectus, & oratio, item

meæ in vos charitatis memoria, quàm ve-
 ſtra utilitas, & Imperii ſalus, Deique vo-
 luntas adhortari debet. Ego autem ſi pre-
 cibus hæc veſtra, & Populi commoda à
 vobis impetrârim, ac demum in filii ma-
 nus planè juraveritis, cuncta ejus impe-
 trata facturos, cumulatiſſimò me beneficiò
 vobis affectum, ex hac vita dimittetis.
 Quare Stephanum vobis è cælo datum co-
 lite, & obſervate, concordiam otiùmque
 retinete, Catholicam fidem propagate.
 Quam ſi Ungarorum dura pectora ſemel
 admiferint, multò pertinaciùs in poſte-
 rum retinebunt. Ac idcirco Deus aſpera-
 tiſſimam Scytharum prolem in his Chriſtia-
 næ Republicæ finibus collocavit, ut ve-
 ra imbuti Religione, Orthodoxam fidem
 ab omni infidelitate obſtinatiſſimè tucan-
 tur. 9.

*Vix hæc ſenex peroraverat, cum la-
 ebrymarum propudio clauditur Oratio.*



O R A T I O VII.
 ARGUMENTUM.

CYLOMANUS Rex, inſigni ad Jadrano
 Dalmatia Metropolim victoria de Ve-

neis reportatâ, tanto terreri esse cepit; ut Senatus, Populusque Venetus, metu majoris cladis accipiendâ percussus, continuè Legatos ad eum, pacem, aut saltem induciâ petituros, miserit. Quos inter Ursus Justinianus sic Regem allocutus fuisse fertur. Ad Annum Christi 1105.

Nisi compertum fatis haberemus, præsentissime COLOMANE, quem Regem esse nos adituri, nunquam profectò Senatus, Populusque Venetus ad te nominare decrevissent, ne illi frustra quicquam postularent, aut nos diri hostis potestati committere viderentur. Sed, quando te Divi LADISLAI nepotem, & alumnum, & sanctissimi Regis STEPHANI abnepotem esse acceperunt, quibus te neque Religione, neque clementiâ, neque quovis genere pietatis cedere cognovisse, nos ad te, non ut ad hostem, sed ut ad quemdam humanarum rerum moderatorem, amicùmque sanctissimum Reipublicæ nostræ delegârunt, ut de pace nostra tam æquitatis, quàm amicitiae jure nobiscum agere videâre. Neque nos late te non magis alios, quàm te ipsum vincere didicisse, quod est in clarissimo quoque Rege potissimum. Pro retinenda Dalma-

tia utrique certavimus: sed diverse utri-
 que foere causæ: nos amplificati imperii
 jura retinere, vos antiquæ societatis li-
 bertatem tueri perrexistis. Multi utrin-
 que bella, & profectò gravia intercessê-
 re, in quibus variam sæpè vidimus fuisse
 fortunam, quæ ut majore ludibrio nos af-
 ficeret, modò Ungaris arrisit, & quò dex-
 terior adesse videtur, eò se utrique insi-
 diosior ostendit. Ne Dalmatas quidè
 diffitemur, & Slavos prius in Ungaricū,
 quàm Venetum jus concessisse. Univer-
 sum hunc tractum, antequam Venetiæ
 forent, Atila passim diruit, ac incendit,
 indigenamque Dalmatiæ gentem prorsus
 extinxit. Slavos, qui deinde Dalmati-
 am, & Croatiam inundarunt, gravissimò
 sæpè bellò instāstis, perdomuistisque.
 Si quod imperium subire deberent, Un-
 garicum his prius esset optandum; quan-
 do utrique Scythæ essis, & Unnis divini-
 tūs imperandi est data potestas. Post Un-
 nos Veneti è parvis initiis imperare cœ-
 perunt. Et ne iniquiore qui tem fato,
 nos ipsi ad dominandum incitati, trahiq;
 intelligimus, ita fortuna voluit, quæ re-
 gnantium certamine delectatur, ut sæpè
 vincere, & vinci obtigerit: quin & in Dal-
 matico bello quàm gravissimam hominū,
 rerūque ja&uram nos fecisse, liberè fate-

mur, si facta potius corrigi, quam dam-
nari possent. Multa sunt, COLOMANE,
quæ pro infectis habere mallems. Quod-
cunque bellum nobis tecum intercessit,
ægerrimè ferimus, & de Dalmatia tecum
decertâsse pœnitet, atque fortasse, aut
utrique eodem crimine convinci, aut ab-
solvî possemus, si in pari fortuna versa-
remur. Sed victis omnia jura infesta sunt.
Si quid in Dalmatico bello deliquimus,
multò priùs delicti pœnas dedimus, quàm
veniam impetrarems. Ad te igitur ve-
nimus, COLOMANE, ut Senatûs, Popu-
lîque Veneti nomine pacem cum venis
postularems: aut, si præter fas, & æquum
illa non daretur, inducias tandem quàm
longissimas impetrarems. Neque vos
pusillanimitate, aut exhaustis viribus à
nobis pacem postulari reputetis: quando
quot expeditiones uno tempore terrâ,
marîq; geramus, non ignoratis. Pia Syria
expeditio nos hinc avocât, in qua longè
majora nobis præmia deferuntur. Go-
thofredo Hierosolymitano Regi, ut olim
accepistis, Balduinus frater successit. Hic
superatis Ægyptiis, & Calipha Rege in-
terempto, diem obiit. Huic alter Bal-
duinus successit: qui cùm superioribus
diebus cum Dolocho Parthorum Rege
conflixerit, captivus Cartas ductus est:
qui

qui Hierosolymis superfuere, nostram clas-
 sem lachrymis multis exposcunt. Quod
 bellum multo magis vestram Majestatem,
 quam nostram Rempublicam addeceret.
 Itaque cum generosa sanctorum Regum
 posteritate, cum sociis quoque vestris, e
 Scythico vestro genere oriundis, ultra bel-
 lum gerere nefas, & iniquum admodum
 reputamus. Quapropter, cum laboran-
 tibus Christianis, qui Augustam, sanctam-
 que Regionem a foeda prophana barbaria
 vindicaverunt, ingenti classe hoc anno sub-
 venire sit animus, ut pro Jesu Christo Sal-
 vatore nostro strenue dimicemus, qua
 militia nil erit optatius, te vehementer
 oramus, ut Venetis tuis pacem tribuas,
 foedus perpetuum nobiscum percutias, pro
 arbitrato tuo Dalmatiam potiaris: pristi-
 nam societatem, & amicitiam, qua freti
 adversus Nortmannos in Apulia prospe-
 re militavimus, nunc te, COLOMANE,
 quaeso, redintegremus, neque ulterius in
 nos saevias, quem omnibus in rebus di-
 ligemus, & observabimus. Neque a san-
 ctissima Syria expeditione revoces, ne pro-
 phanae servitutis Hierosolymae apud om-
 nes gentes auctor habeatur. Id non tam
 Veneti postulant, quam clementissimus
 ille Deus, de cujus monumento agitur.
 Qui te creavit, qui te creatum sanctissimo.

nobilissimoque genere in solio regio c
 locavit, ut non modò Pannoniæ, Septentrionisque, sed universæ Christianæ Republicæ salutem contuleres: infamiam (ut ita tuâ bonâ veniâ dixerim) quam in Hierosolymitana expeditione contraxisti, si pacem nobis perpetuam dederis, nunquam penitus abolebis. Ne minùs quidem hoc Ungari, quàm Veneti tibi supplicantes, cum illi quoque religiosissimi habeantur. Proinde nobis pro erratis, qualiacunque sint, te, COLOMANE, quæsumus, haud difficulter veniam tribue, pristinumque fœdus, perpetuamque cum Venetis pacem in fœdera: aut inducias, si adhuc te ipse vincere non potes, concede longissimas: ne quid divis tuis progenitoribus, ne quid dignitate, & Religione tua indignum facere videare.

ORATIO VIII.
 ARGUMENTUM.

Stephanus, Valachie, ac Moldaviae Principes, defectionis, quam à Regno Hungaria feceras, ultionem metuens, ubi SIGISMUNDUM Regem, præsidium, quo se muniret.

niveras, ac unâ cervicibus omnium imminentem vidit; cum multis ex arce Proceribus obviam factus, & ad pedes prostratus, hac Oratione veniam exoravit. Ad annû Christi. 1390.

TUâ, SIGISMUNDE, clementiâ factum est, ut, quamvis in te arma sumperimus, victi tamen Majestatis tuæ benignitate multò magis confidere videamur, quàm si tui victoriâ potiremur. Magnanimus enim, neque armis, neque officiò vinci potest: nihil gravatius ferre solet, quàm ab hoste pariter, & amico superari, quando hunc armis, illum sibi officiò; & utrumque, cum restulerit, beneficentiâ suâ obstringere nititur. Peccavimus igitur, Rex clementissime, & errata nostra ingenuè fatemur, luitus haud paululum poenarum & dextrâ tuâ fugati, quam sceptrò dignam nunc re ipsa didicimus, ad ejus tutelam confugere naluimus, quàm pervicaciâ omnes iri perditû. Ab Ungarica fide idcirco defecimus, partim, quia femineum imperiû ob insolentiam rei perpeti nequimus, partim, quia laborante graviter Ungaria, deletum ibi Regni simulachrum credebamus. Nunc autem, postquam te potiùs à Deo datum, quam

quàm à dissidentibus Ungarorum studiis
optatum intuemur, jam dudum nos facti
pœnitet, & à te veniam supplices peti-
mus. Quodcunque temeritate nostra in
Majestatem Regiam commissum est, sup-
plicamus, ut id tua mansuetudine expie-
atur. Imitare, quæsumus, Rex Excellen-
tissime, Deos immortales, quorum vicem
geris in terris, & ab his addisce, resipie-
scentes è penitentia animos non asper-
nari, non obstare supplicibus, nullam po-
stulantibus veniam abnegare, obstinatos
tantùm proterere, & clementiâ potiùs, ac
officiò, quàm severitate benevolentiam
hominum promereri. Bonis hoc tibi bel-
lum auspiciis esse volumus, ubi ex victo-
ria gloriam, & clementiâ, si uteris, lau-
dem tibi comparâsti. Ignosce Regni tui
sociis, quos neque indecores, neque in-
utiles olim sibi superiores tui habuere.
Hodie tibi non mediocre clementiæ argu-
mentum attulimus: hanc laudis occasio-
nẽ præterire non permittas, SIGISMUN-
DE, ut ab incunte juventute tua hæc sum-
ma immortalitatis fundamenta jacias. Ple-
os, & misericordes Deus semper excolit
& hos potissimum suâ gratiâ dignos facit.
Proinde Rex, & dominus noster es, quem
antea non agnoveramus: sociis tuis igno-
sce, ad vetera nos obsequia, fidemque re-
cipe.

cipe. Vestigialia usitata pendemus, & eò
 reverentiùs imperata cuncta faciemus,
 quò præstantiorem nos Regem sortitos
 esse intelligimus. Quod ut facias, per
 Lodovici Manes, per ingenitam pieta-
 tem tuam, per sanctum Mariæ conjugium,
 te iterum, atque iterum obsecramus.

*Secundùm Orationem hanc, supplices ad
 SIGIS MUNDI pedes, quoad responsum
 babuerunt, jacuere.*

Ad hæc ille pauca respondit.

Ne qua (inquit) Majestatem Regiam im-
 pietatis nota commaculemus, quamvis
 facinora vestra impunitate donari non
 deberent, quia necessitate potius, quàm
 ex animo veniam postulatis, tamen vo-
 bis omnibus ultrò veniam impartimur.
 Suscepti belli audacia vos à perfidia de-
 terrere, & impetrata facile venia ad fi-
 dum obsequium hortari debet. Illud dun-
 taxat posthac vos admonitos habere ve-
 lim, date operam, ne mansuetudine no-
 stra abuti videamini.

ORATIO IX.

ARGUMENTUM.

ELISABETHA, ALBERTO Hungariae
 ac Bohemiae Rege, conjugique suo vidua.

za, posthumum filium LADISLAUM soliti
 paterni in utroque Regno baredem factura
 Oratores pro puero ad Comitata Bobemick
 expedit. Qui in concionem vocati, hac verba
 fecere. Ad annum Christi 1441.

SI quis fortasse vestrum, Proceres, ad
 ventus nostri causam admiraretur,
 nimirum, ubi rectè fas, & æquum hic se-
 cum reputâris, non tam eorum, qui nos
 miserunt, quàm horum, qui nunc audi-
 unt, rationem, commodumque nos hu-
 perpulisse, cognoscat. Neque à societa-
 tis, & amicitie jure est absolum, con-
 æquitatis, officii, & utilitatis admonere,
 qui fide, longoque fœdere sunt obstricti;
 neque cuiquam molestum, & grave videri
 debet, cum amicè vel à paribus, vel à
 superioribus, cum privatæ, tum publicæ
 salutis admonetur. Regina nos ELISA-
 BETHA ad vos exorandos venire iussit,
 ut post ALBERTI Regis obitum, neque se-
 neque filium Bohemiæ Regnò defraudari
 patiamini: quando id neque SIGIS-
 MUNDI, neque viri sui, neque pro-
 genitorum in vos officia, quæ perpetuâ
 memoriâ tenere debetis, meruisse videntur.
 Non enim vos latet, Proceres, quid
 jus gentium, quid leges ipsæ Imperii Ro-
 mani

mani, quid fœdera, quæ vobis cum Australibus intercedunt, quid beneficiorum memoria, quid denique pupillaris commiseratio, & commodorum ipsa ratio, postulet. Quandoquidem nemo vestrum est, qui si, se à privatis vindictæ affectibus, hæc per se non omnia facile judicet. Quanam honestatis specie, paternæque hæreditate quisque privari potest? Quæ sat evidens ratio contra excogitari poterit, nisi vim, jus armorum, & divini humanique, juris piaculum adjeceris? nempe nulla. Quin etiam cum & cætera animantia, præter ea, quæ rapinis sunt obnoxia, quodam naturæ instinctu, religionisque, nidos, neque latebras, lustraque aliena invadere audent, nos puerum, cui ipsa natura indulgentissima esse solet, paternô, & avitô Regno defraudabimus? Tenellam ætatem, & tantæ molis impotem, immaturamque causabitur quisquam? Qui id objecerit, prius caveat, gravibus Boënos, Australisque afficiat injuriis. Num in utraque gente usque adeò præclara interiêre ingenia, ut, donec puer coalescat, Regnû hoc administrare nesciant? atque ut hoc vestra pace dixerim, quod in bonam partem accipi velim, utinam, utinam inquam,

quam, Boëmi viri, vobis è cœlo, non tantùm sapere, datum esset, neque in divinis, humanisque rebus plus sapere videremini, quàm opus esset. Nimirum tot intestinis, gravissimisque bellis, & tam diu nunquam, mihi credite, laborassetis. Neque vos præterit, nîl boni, sinè rerum ordine, constare posse: & non solùm infanti, sed tempestivo quoque Regi, consiliarios adhiberi, adiaci Senatûs, & populi auctoritatem oportere, ut nihil his inconsultis agere liceat. Quare veluti adulto, ita & parvulo, Moderatores optimi dari possunt, qui Rempublicam gerant. Quin etiam sub hujus quàm illius auspiciis multò tutiùs Respublica regeretur, quando Moderatoribus legibus, consultoque Senatûs, alter ad versari non potest: alter verò pravis sæpè concupiscentiis æstuans, contemptis omnibus, appetitus imperiô trahitur, & rebus pro libidine sua moderatur: hinc judicia sæpè corrumpuntur, violantur leges, & patrum consilia depravantur. Proinde, ne jus gentium, ac legum auctoritatem violare videamini, hunc vobis Regem, Proceres, optate: cuius jus non modò patrem, sed avos, atavosque Reges, olim tantopere coluistis. Neque inquit inquit quondam cum Australibus

fœdus , mente vobis excidere debet ,
 qui antiquæ societatis jura tantopere co-
 rluere. Si in orbitate Principum , pro-
 casus ipse tulerit , & inita fœderis condi-
 tio postulat , utrinque Reges optari de-
 bent , nos in necessitate hac , non solum
 Australem , sed verum hæredem , & quem
 indolis præstantiâ ad imperandû tantum
 natum esse portendat , vobis Regem of-
 ferimus , quem sine violentia fœderis ,
 sine injuria societatis , sine piaculo divi-
 ni , & humani juris , sine perpetua Re-
 gni infamia , sine summo denique faci-
 ore impietatis , recusare non potestis.
 Præterea , unum nobis quandoque venit
 in mentem , quid LADISLAI Regis pro-
 genitoribus rependi debeat , à quibus
 tot beneficia , & ea quidem immortalia
 accepistis : ne minus quidem publicè ,
 quàm privatim , de Boëmis illi bene me-
 riti sunt. Quando Regnum hoc illi Au-
 gustali dignitate decorârunt , vos omnes
 ita dilexêre , ut non pluris Imperium
 Romanum , quàm Regnum Boëmicum ,
 fecisse existimetur , vestram gentem do-
 mi forsque clarissimam reddidêre , præ-
 stitêre opulentissimam , & tot familias am-
 plissimis honoribus , & dominatibus ex-
 ornârunt. Nec inter cogitandum , etiam
 illam Indorum legem , avaria vobis oc-
 cur-

cupet oblivio, qua omnes ingrati, capi-
 pitales judicabantur. SIGISMUNDUS
 ALBERTO quid pro pacando Regno, pro
 animorum corporumque salute fecerit
 infudârit, prodegerit, non facile si in-
 stis, qui esse debetis, obliterare poter-
 tis; nimirum, ille tantum profusissimam
 Principis beneficentiæ fuit expers, qui
 aut noluit, aut non petendo contemp-
 rit. Proinde, quid eorum Manes, qui
 insignia, quæ accepistis, merita, quid ve-
 strum officium postulet, considerate. Et
 cum hodie, quæcunq; debetis, exolvere
 liceat, cumulatissimam, data occasione
 gratiam, vos quæso, rependite, & per
 quam abundè referte. Si parùm, quod
 nequaquam crediderim, vos ista moveat
 quando estis homines, humanitatis offi-
 cia colite. Leones, tigres, lupasque
 legimus, ac immanes plerasque feras,
 gratiarum, & humanitatis commiseratio-
 nisque rationem habuisse: pepercisse in-
 fantibus, viem retulisse, & innocen-
 denique ætati, fortunæque aliquid im-
 dulisse. Si hæc quandoque illa præstiterit
 re animalia, quæ humanitatis experiri
 natura sinxit, quid homo faciet, qui ab
 hac ingenita nomen accepit; ô quàm ali-
 tet, ac nunc sentiretis, Trocer s, si LA
 LISLAUM infantem impedaretis, in quo

faustissima indoles Majores omnes inesse testatur. Spem eam præfert, qua illi nunquam fuere præditi; ea nutu motus infans, quæ fidem superant. Si vixerit, progenitores in gestorum gloria se antecessurum pollicetur. Sæpè hunc FRIDERICUS Imperator in medium afferri jubet, quò ubi allatus est, inprimis coronam Procerum circumspicit: mox in Cæsarem brachia intendit, vagitu exposcit, fratrem amplexatur, madidis os ejus oculis aspergit, veluti, si se tutori, & Christianæ Reipublicæ Moderatori commendaret, exoraretque, ne Regnum sibi præripi, ne paterna hæreditate fraudari pateretur: deinde circumstantem coronam lustrare contendit, & per Optimatum amplexus obvagatur, tanquam omnes ambiret, & obtestaretur, ut immaturam dignitatem tuerentur. Neminem demum inamplexatum, inosculatumque dimittit, ambitioni quandoque gemitum, quandoque vagitum intermiscet: quare nunquam prodit in publicum, quin lacrymas à cunctis spectatoribus exigat. Nihil igitur est in puero, quod non admirabile, faustum, & incredibile videatur: plus divinitatis, quam humanitatis refert. Nemo puerum videt, qui sub divina LADISLAUM tutela non credat esse,

esse. Omnem à Deo potestatem hominibus dari, proculdubio credendum est: divinæ voluntati quis obstiterit? **CYRUS** infans expositus, **ROMULUS** cum **REMA** in Tyberim ejectus, **SERVIUS TULLIUS** captiva matre natus, quin ea, ad quæ nati fuerant, Regna non assequerentur, nulla vi inhiberi potuere. Proinde Deum ducem sequamini, Proceres, eum quem à Regia stirpe demisit, excipite, declarate Regem, & tanquam Angelum è cælestibus demissum, cunctis suffragiis, faustisque votis consalutate, admittite, colite. Intra hæc diffidia, intestina bella, cæteraque externa incommoda propulsabitis: hinc pristina vobis commoda instaurabuntur. Quemnam vos magis amaturum, & studiosius vestra commoda curaturum putatis, quam eum, qui è vestro sanguine in vestra aula, in vestris ulnis & nutu & educatus est? Nulla, mihi credite, peregrini Principis admissio fieri solet, quam aut calamitosam novitatem, aut diuturnam mala non inferat. Quare ut dicendum faciam, per Deum, hominumque fidem oro, **LADISLAUM** verum Principem, ut vestrum officium, & utilitatem postulat, uno Regem consensu declarare.

ORATIO X.
ARGUMENTUM.

Regnante ULADISLAO Rege Hungariae, pluribus ab Joanne CORVINO illatis cladibus irritatus Amurathes, Turcarum Imperator, Basseo Duci inter suos clarissimo (cui Sciabadin nomen erat) negotium datus, effusis in Transylvanos viribus, tot clades cumulatissimè vindicet. Quem ubi in Macedonia cum maximo exercitu adveniantem CORVINUS accepisset; collecta quindecim duntaxat millium armatorum manu, occurrendum ratus, cum ad terram portam (Ungaris Vaskapu) perventum est, convocatis Praefectis legionum, Tribunis militum, & Centurionibus, hac eos Concione ad fortiter pugnandum animavit. Anno à Christo nato 1443.

Nulla (mihi credite) audacia, socil, tantæ multitudini me occurrere perpulisset, nisi ipsa necessitas adegisset, vestra fides, ac virtus hortaretur, quam dudum exploratam habui: & imprimis JESU Christi Numen clementissimum inspirasset, qui nos in sacram militiam suam optavit, suumque nomen vestrâ dextera

terâ vindicari voluit. In hac præstanti
 militiæ evocatione, quantum vos dil
 xerit, considerandum est, & immen
 hinc benignitas Salvatoris pensanda
 Tria nobis hodie commoda, si viri, qu
 olim fuistis, iidem hodie esse voluerit
 Deusiple proposuit, quibus nihil maj
 appeti posset. In primis liberorum, con
 jugum, patriæque salutem, cum forte
 narum incolumitate conjunctam, de
 de perpetuam hujusce seculi gloriam,
 æternam felicitatem vobis nunc expo
 tam esse, scitote. Quotâ Turcis olim in
 cendia, calamitates, & mala acceperim
 utinam vobis at divisse potius, quam sp
 ctasse, & pertulisse licuisset. Jam diu
 beris, & uxoribus careretis, quos mis
 ra servitus obruisset; neque focos, aut
 aras haberetis, ubi inhabitare, & sacra
 operari valeretis, nisi pietissimum Sal
 vatoris Numen, & vestra indomita vir
 tus præstò adfuisset. Neque patriâ, bon
 nisque frui, neque fungi honoribus, ne
 que libertatem retinere videremini, nisi
 si sanctissima fides, & animi vestri magni
 tudo, ac robur spe divina firmatum, hæc
 quæ diximus, omnia vobis integra conser
 servassent. Jam immanis Turcarum
 ror in suam potestatem omnia redege

et, nisi vestris hæc armis vindicata forent, & tot ille cladibus repressus effectus necubi coerceri potuit: non Græci, non Macedones, utrique quondam rerū potiti; non Thracum audacia, non Myrorum robur, non Epirus, & Illyricum, horum vires retundere potuere. Athenienses, Thebani, Lacedæmones, qui priscae militiæ auctores habentur, his ultro cessere. Nobis divinitus hæc laus, & ingens victoriæ gloria delegata est, qui parva sæpè manu, & quandoque incauti ab his circumventi, toties insigni strage confecimus, fudimus, fugavimūque. Atque nullum illi genus hominum in terris magis expavent, & perhorrescunt, quàm vos, quos ex assiduis cladibus, paucos non minùs, ac frequentes, formidare didicerunt. Nunc etiam, ut extremas vires experiantur, cum innumeris legionibus adfuerit: at qui vobis nequaquam plùs, quàm antea timendum est, quando sub divino ductu, & auspiciis arma gerimus, & quid nobis audendum sit, assidua victoria, frequens experientia, explorata virtus, jam diu vos edocuit: accedit, quòd eorum miles, aut gregarius, aut servus. aut auxiliaris, aut vi coactus, & paganus est: præter milites prætorianos, nil aliud hostili militiæ superest: vi adacti, ac

inviti cæteri militant: & illi quidem per
 fillanimitate ad servitia redacti sunt. Quo-
 cunque autem Græci, Macedones, Illy-
 ci, auxiliorum gratiâ missi sunt, cum
 Christiana fide non recesserint, non per
 illis, sed nobis dimicaturos esse repu-
 te: nos vindices, vos victores expecta-
 In hoc illi bello Turcis nomina, nobis vi-
 res, animosque dedere: pro victoria no-
 fra, vota suscipiunt. Quare tantò ve-
 bis animosius, fortiùsque pugnandum
 quantò majorem victoriam, prædam la-
 demque nunc vestris oculis obversant
 habetis. Non pro alienis focis, & ar-
 sed propriis, dimicare opus est: ita
 dierna necessitas nostra tulit, ut, nî
 ipsi nobis vindicare velimus, & sol-
 spe, ac virtute nitamur, maxima quæ
 malorum omnium hodie subire cog-
 mur. Inprimis jacturam fortunarum
 liberorum servitutem, incestationes vi-
 ginum, conjugum prostitutiones, cæde-
 parentum, ædium, & templorum ince-
 dia; &, quod his omnibus multò gra-
 us est, Salvatoris nostri, & Divorum
 mnum, ludibria: frangentur illorum
 mulachra, aut uncò trahentur: argente-
 aureaque conflagabunt, & in prophan-
 usus convertentur. Religionis cultus
 onis abrogabitur, & Deus è pectoribus

nostris, præ diffidentia, negligentia que
 nostra, nisi propugnatores optimos in-
 venerit, exigetur. Minimò digitò Tur-
 cas omnes, si voluerit, illico conteret
 Deus noster: sed, quando tutelam sui no-
 minis in nostra dextera collocavit, vir-
 tutem prius nostram periclitatur, ut, si ma-
 gnam, fidamque compererit, præpoten-
 ti sua dextera tueatur, & firmet. Nemi-
 nem sibi fidum, piamque Deus unquam
 deseruit: si vobis ipsi non defueritis, nul-
 quam Salvator Jesus vobis aberit. In
 potentia sui nominis, quod est super o-
 mne nomen, hostes proteret, & justum di-
 vinâ fiduciâ fretum extollet. Insuper,
 aliæ nobis, atque illis sunt pugnandi cau-
 sæ, & spes longè firmiores. Pro domi-
 no, eodémque prophano, & scelerum
 omnium auctore, pro spoliis, & rapinis,
 pro exitio gentium, pro alieno Regno,
 eodémque propagando, & mortali lau-
 de, illi arma sumpsêre. Nos contrâ,
 pro Orthodoxa fide, & Christiana Repu-
 blica; pro Patria, pro liberis, pro ux-
 oribus, & fortunis dimicamus. Quibus
 quidem rebus nihil excellentius, nihil
 posterorum comemoratione dignius, ni-
 hil ad promerendam immortalitatem ac-
 commodatius inveniri potest. O quanta
 hæc in cœlis merces est proposita, qui aut

Patriam auxerint, liberârintve, aut divi-
 nos honores, & veram fidem prote-
 runt, & servârint. Neque experti igno-
 ramus, Deum humanam pietatem, justitiam,
 & charitatem nunquam deserturum.
 Proinde, quid magis illis, quàm nobis im-
 randum sit, hinc evidentissimè confide-
 rate commilitones. Salvatori nostro con-
 fidite, qui divinitatis præmium pollice-
 tur, & fidem, virtutémque vestram, Deo
 ac Patrie juxtâ, nunc ostendite. Quam
 obrem, quando nihil sinè divini ope me-
 liri possumus, antequam signum pugnae
 detur, vos, quæso, Legati, Centuriones
 & Præfetti, per turmas, & cohortes sin-
 gulas, piæ conciones habete, ad salutem
 rem, & sacram pugnam militem incende-
 te, legionatim per confessionis sacræ mys-
 terium, alter alterum lustrate, rem
 vinam facite, ac sumptâ ore terrâ, mys-
 ticæ communionis officium explete: le-
 fratis mox animis, alter alterum ample-
 xate, dexterâ, osculôque mutuam date
 dem, perpetuümque fœdus percutite,
 vobis neminem alterum in sacro certami-
 ne deserturum, sed pro aris, & focus
 unum omnes strenuè dimicaturus. De-
 mum, curatis aliquantisper corporibus
 ambulatoriis dudum jentaculis, datô
 gnò, ter elatis vocibus, invocato præ-
 po-


acCORVINUM minimè lateret; conæto Senatu, Legatū Pontificiū acciri jubet Rex: & R. a gravitas postulabat, rem omnem direxit. Tum Julianus! e atus, qui hac potissimum causa venerat, primus sententiam rogatus, in hunc modum peroravit. Anno Christi 1444.

Postquam Turcarum pestis in Europa latius debacchari cœpit, nihil unquam optatius Pontifici maximo, Apostoliceque Senatui, ac cæteris Italiæ Potentatibus significari potuit, Rex optime, fortissimique Proceres, quàm, cum, ULADISLAUM, Sarmatarum Principem, Ungarum Regem à vobis declaratum esse, cognoverunt. Neminem enim Pannoniarum Moderatorem, Scythicarumque rium ductorem, hoc magis idoneum quam gentium Ungari invenire potuerunt: quippe, qui tantâ justitiâ, Religione, sapientiâ, fortitudine, ac militari denique disciplinâ polleret, ut potius cælo datus, quàm optatus, esse videretur. Hac felici, faustâque declaratione omnium quoque Italorum animi, qui jacuerant, surrexere: atque, ut id felix ac faustum Christianæ Reipublicæ foret solennia vota suscepere. Cùm intima Regni discordias, & propinquum Tur-

carum incendium accepisset, Sacrosanctus huc me Senatus misit, ut de pacando Regno, & reprimenda hac labe (ut à me sæpè audivistis) vobiscum agerem : Regnum armis, & virtute vestra, intercessione mea, & Reginae obitu, pacatum est : alterum superest (quod honoris, utilitatis, imò salutis, gloriae, & immortalitatis plenum est ; item ULADISLAI ductu, auspiciisque, & Pannonico robore dignissimum) Turcarum immanitas, & imperium coercendum est, Proceres : imò jugum, quod nostris cervicibus imminet, excutiendum, & longè repellendum. Quid vobis audendum sit, Corvina virtus, & fortuna portendit : fortunam Corvinam dixi ; imò fortuna Christianæ plebis, & præsens Divi Salvatoris ipsa benignitas, quæ adductum sibi populum fluctuare patitur, non demergi. Si tui Ducis copiis, eisque perpaucis, tantus hostium exercitus & fusus, & fugatus est, quid de te, Rex inclyte, sperandum est, si tuo, Christianique ductu, & auspiciis militabis ? Christianorum Principum omnes animi in te, Pannonicas, Sarmaticasque vires, conversi sunt ; omnes in te spes suas collocarunt : te immanissimæ crudelitatis ultorem, propugnatorem fidei, & Europæ liberatorem expectant omnes : id est, cur quotidie

vos literis Pontifex maximus sollicitat
 & angit. Quanquam hoc Orthodoxa Re-
 ligio postulat, non minùs tamen Ungar-
 riæ, Poloniæque necessitas vos adurget.
 quarum altera è Mysis & Illyrico, è Da-
 cis, & Getis altera, Turcorum armis, &
 incendio miserrimè, & assiduò vexatur.
 Quicumque nec Divina charitate, nec ipsa
 necessitate, nec gloria, nec immortalita-
 tate moventur, ad facram hos expedi-
 tionem propria salus, imminens servituti
 liberorum, conjugumque, incolumitas re-
 rum, & personarum, & legitima rapi-
 narum compendia suscitent. Tam commo-
 moda vobis nunc datur occasio, ut con-
 pus in veram salutem, felicitatèmq; ad-
 ferere, ac animum ab omni miseria vici-
 dicare, & utrumque Divina, humanaque
 gloria, & beatitudine, uno eodemque
 tempore donare possitis. Non desunt
 Duces optimi: non pecuniæ, bellorum
 nervi, quæ ab universa Christiana Repub-
 lica conferentur: non robora militum
 non ratio, non fortuna, dexterrimaque
 Numina, quæ vos sanctissimæ fidei asser-
 tores esse voluere. Sarmatarum vires
 Unnorumque virtutem persensit potius
 quàm audivit Orbis. Nulla re alia, quàm
 voluntate, vobis Proceres opus est. Ex-
 peditio necessaria, pientissima, commo-
 dia

ditissima, & omni ex parte gloriâ, & immortalitat. digna est, & quæ ad vitam utramque uberrima, perpetuâque præmia conferat. Proinde te Rex, inprimis inclyte, vósque Proceres universos oro, obtestorque, per Christi fidem, per libertorum charitatem, per salutem Regni, & imminentis ex tui liberationem, ut hoc bellum animo, comâque consensu suscipiendum esse censeatis; ultrò, cum delectus habebitur, nomina detis. Et, quando non ad humanam, sed Divinam militiam profecturi estis, eâ studiorum vehementiâ in Turcos arma sumatis, quâ expectatio, & spes hominum, quam vestra virtus, instans exitium, & Divina in vos merita postulare videntur.



O R A T I O XII.

A R G U M E N T U M.

Initi cum Anurathe fæderis panitentiâ correptum Regem ULADISI AUM, ceteros Regni Proceres, Julianus, Legatus Pontificis, tempestivus adorsus; ad rescindendam cum Turca pacem, hac Oratione hortatus est. Ad Annum Christi 1444.

Si quis vestrûm, Proceres, fortasse miratur, quòd de rescindenda pace. ac

violanda fide sim verba facturus; is primum intelligat, me nihil aliud hodie, quam de servando fœdere vobiscum acturum, & pari vobiscum pœnitentia corripi: pœnitentiâ dixi, non dolore. Quando hæc me invito, quæ facta sunt, & præter opinionem vestram acciderunt, veluti à specula cuncta prospexi: cogor pro legationis officio, & Christianæ professionis conjunctione, juxtâ atq; vos animo fluctuare, & eò vel maximè, quòd de communi honoris, dignitatîsque jactura hodie no die agitur: quam nisi communi consilio, & solita virtute resarcire enitamur, ô quàm verendum est, ne præ nimia infamia, & vobis è Pannoniis egredi, & mihi Romam redire liceat, ubi gravissimæ quæque censurâ judicantur. In quas miserias præceps consilium nos planè conjecerit, considerate: pacem cum Turca fecimus infideli, ut sanctam fidelium fœdem violaremus, & sacrosanctum cum Summo Pontifice, sociisque Principibus initum antè fœdus rescinderemus. Et cujus, cujus, inquam, utilitatis gratia? Nempe, ut Mysiam diu populatam recuperaremus: exigua profectò, & calamitosa est ista utilitas, quæ ad breve tempus intercipi potest; & cætera commoda quæ perpetua fuerant, longèq; majora,

amco,

amovet, & repellit. Quid enim demen-
 tius, & magis inconsultum dici potest,
 quàm in deliberando privati tantùm com-
 modi, & non publici, item neque hone-
 sti, & sancti habere rationem? Quid Tur-
 carum perfidiæ præstare debeatis, non
 id quæritur hodie, Proceres, sed à Ju-
 liano, Pontificis, & Latinæ societatis Le-
 gato, auctore, & auctore, irriti promissi,
 violatæ fidei, & soluti fœderis, ante con-
 scientiæ vestræ tribunal postulamini, &
 vestro potiùs, quàm Divino, alienò ve ju-
 dicio, si mea æquo animo dicta patiemini,
 reos vos efficiam. Respondete mihi,
 Proceres! Nónne, postquam sex menses
 in Myfia, finibusque Thraciæ cum Tur-
 cis tot bella feliciter gessistis, deinde
 ovantes in Pannoniam rediistis, ab uni-
 versa ferè Italia, & à Græcorum Impe-
 ratore honestissimas legationes accepistis,
 & congratulationes faustæ victoriæ, & ad
 continuandum bellum adhortationes? Ac-
 cepimus. Nónne cum Italis, & Græcis,
 ut illi à Thracia cum auxiliaribus copiis
 occurrerent, & hi classem ingentem in
 Hellespontum mitterent, sacrosanctum
 ultrò fœdus, me præsentem, & auctorem,
 percussistis? Percussimus. Si percussistis,
 cur cum Turcis, isto violato, aliud trans-
 egistis? quo jure, quamvis transactum
 sit,

fit, servare poteritis? Ergo si superiore
 anno, cum Pontifice maximo, qui Dei
 vicem gerit in terris, fœdus iniistis, si
 humani, si rationis compotes, si Christiani
 ni estis, secundum omnino vobis fœdus
 rescindendum est, ne primum, & Divi-
 num violetis: quod n̄ feceritis, vereor
 ne, veluti Judas Christum, ita vos ejus
 Vicarium prodere videamini: nēve De-
 um, quem hætenus rebus vestris præ-
 sentem, & propitium semper habuistis,
 vobis posthac infestissimū sentiatis. Nunc
 autem, quæso, dicite, quid Imperatori
 Constantinopolitano, qui ex composito
 jam à primo tempore fuit in castris, &
 vestrum in tanta opportunitate exercitū
 expectat? quid Pontifici maximo? quid
 Venetis, & Genuensibus, qui classem
 instructam habent, ut constitutum fuerat:
 quid Burgundionibus, qui ardore fidei ex
 Oceano diu solvere, & tot pericula mar-
 ris emensi, nunc in Hellesponto nav-
 gant, respondebitis? Commentamini
 quæso (si potestis) excusationem, & co-
 lorem aliquem, quo non penitus nostri
 dissimiles videamur. Si quid è recondi-
 ta arte excudistis, expromite. Promi-
 sistis vos primo quoquo tempore in ca-
 stris adfuturos: nunc vernant vestri mi-
 lites, & æstivant, & per calamitosam igna-
 viam,

viam, & negligentiam, tanta, & tam salutaris occasio elabatur. O ingentem animorum cæcitatem, ô crassam ignaviam, ô execrabile fœdus, ad Christianæ Reipublicæ ictum exitium. Inculpaverit me fortasse aliquis, cur id cum cæteris toleraverim? Adfui, fateor: sed quantû in me fuit, ne id fieret, intercessi, improbavi, & ut multi ex his, qui hîc adessis, testes esse potestis, instantissimè damnavi: victus sum Corvini Sapientiâ, & auctoritate, Despotisque commiseratione, ne Regnô, ac liberis, intercessione mea, ultrâ infelix ipse carere videretur: & ne me commodorum vestrorum contemptorem, oppugnatoremque quisquam appellaret, tristis, & invitus celsi, haud inscius, hinc salutem Christianæ Reipublicæ labefactari, spem gloriæ, ac immortalitatis extingvi, & nos omnes, pariter Divini, humanique fœderis violatores, perfidos, & Christianæ gentis proditores (ut vestra pace dixerim) appellari. Quare, nisi antequam perfidiæ nostræ rumor longiùs effundatur, nos ipsi ab hac infamia vindicaverimus, nihil turpitudine, scelerèque vestro majus, aut miserius quicquam dici potest. Id si voluerimus, non tam facilè, quàm justè, ac sanctè facere poterimus: restitutâ Mysiâ,
 red

redditisque captivis, quid aliud vobis
 agendum est, Proceres, quàm instaurare
 exercitus, parare quæcunque bello sunt
 usui, initum prius fœdus cum Christianis
 servare; dicere, ULADISLAUM Regem
 post percussum cum Latinis, Græcisque
 fœdus, nihil inconsultis sociis, quorum
 auspiciis commune bellum geritur, par-
 ticipari potuisse, præcipuè enim hostibus Chri-
 stianæ professionis. Si quid illi cum Tur-
 cis convenerit, fore initum, priori statu
 dum esse fœderi. Quisnam ita iniquus
 humanarum rerum examinator est, qui
 non faciliè judicet, initam cum utroque
 fidem, Christiano potius, quàm Turcæ,
 & fidei potius, quàm perfido esse servan-
 dam? omni in perfidum hostem arte, vi
 fraudèque uti licet, ars arte eluditur, &
 fraus fraude circumvenienda est. Dolò
 Turca à principio in Europam trajecit,
 dolò pedetentim Regnum invasit, nemi-
 ni unquam fidem servavit, artibus potius,
 quàm armis ad id rerum fastigium eve-
 nit: & vos, eòne cæcitatibus pervenistis,
 ut Turcæ potius, omnis fidei, ac rationis
 experti, quàm fidelibus Christianis, im-
 primisque Pontifici sacrosancto, servan-
 dam esse fidem censeatis? astu, & consilio
 maxima quæque geruntur: Romani ma-
 jores nostri semper sociorum fidem re-
 serv-

sanctèq; servârunt, perfidos pari arte
 elusere. Cæsar, imperandi causâ, jus
 quandoque violandum censuit. Atque
 Philippus, domitoris Asiæ parens, & ma-
 gister, calliditate, ac dolô sæpè malô,
 imperandi cupiditate usus est. Non ta-
 men hi proditores appellantur. Fas est
 quandoque publicæ salutis gratiâ, neq;
 stare pactis, neque perfidis servare fidem.
 Fas est iniqua juramenta rescindere, &
 præsertim, quæ præter æquum, fas, &
 bonum esse censentur. Anne Diomedi,
 quicumque in solo patrio primus occur-
 reret, Diis immortalibus devoventi, ob-
 vium sibi filium, ex voto, & juramen-
 to mactare fas fuit? Nempe nefas: æquum
 igitur, & justum jusjurandum omnium
 judiciô est sanctè servandum: quod autè
 non modò ad privatum, sed ad publicû
 facit exitium, illud irritum, ac vanum
 esse debet. Quas ob res, antequam per-
 fidia nostra latè divulgetur, vos quælo,
 & non sinè lachrymis obtestor, Proce-
 res, tèque inprimis, Rex inclyte, ne da-
 tam pro salute Christianæ Reipublicæ,
 sacrosancto Patri, cæterisque fidem ullo
 unquam pacto violandam censeatis. Ini-
 tam cum Latinis, Græcisque societatem
 fidè, sanctèque servate; susceptam ex con-
 vento expeditionem, sociorum exemplô

prosequimini iacta immortalitatis, & gloriae fundamenta tueamini; provincias Turcarum servitute pressas, liberate collatae in vos spei, satisfacite: nolite expectationem nunc gentium fallere, quo nihil turpius esse posset. Nulla vobis iniuncta cum Turca foederis Religio teneat illud censete nefarium, & detestabile Pontificii, & Christiani foederis violantiam sanctitatem: Deum, quod caelesti benignitate prohibeat, si aliter feceritis, acerrimum violatae fidei fore vindicem existimate, & nihil reputate, Christo operante, mo maximo gratius, vobisque gloriosius futurum, quam occupatas à Turca provincias omnes, humani, Divinique juris experte, à fera illius servitute vindicare. Nolite hanc opportunissimam occasionem praeterire, qua nulla commodius unquam dari poterit. Destituta à Turcis est Europa, Germanico bello: Pontificis classe in Hellesponto interdictus est reditus: Thraciam, Macedoniam, & Graeciam, Epirumque invadere tantum, & illustrare opus est. Nullus hostis adest. Proinde Pontificium, per Deum quaeso, servate foedus, & fausta, feliciaque castra, veluti vobis cum sociis conventum est, in Macedoniam, Thraciamque movete.

ORA-

ORATIO XIII.

ARGUMENTUM.

Nondum à Varnensi clade plenè conquie-
verat CORVINUS, Regni jam Guber-
nator, cum ad arma denù ab Amuratle
excitus, expeditionem facere cogitur. Jam-
que in campo Merula (Ungaris Rigò me-
ns) cum exercitu constiterat : ubi cum in-
festa arma deitare amplius non possët, hac
Oratione militem ad prælium hortatus est.
Ad Annum Christi 1448.

Venit tandem dies, ô socii, quo si
quid è Varnensi fuga dedecoris, &
ignominie contraxistis, hodie pristinum
fidei, & virtutis vestræ nomen recupe-
rare, & acceptam cladem ulcisci licet.
Si viri esse volueritis, è tot cladibus, quas
à vobis accepit hostis, has vobis reliqui-
as objecit: quæ etsi numerò potiores, spe-
tamen, causis, & viribus multò inferio-
res. Quidnam illis sperare licet, qui
non pro suo, sed alieno pugnant impe-
rio? & dum vicerint, in hac servitutem,
& in altera cruciatum, in utraque vita
perpetuam miseriam consequuntur? Vo-
bis contra, ultro se res vestat: pro Re-
gno vestro, pro liberis, pro patria, pro
so-

focis, & aris sanè pugnantibus æternam
 ac solidam utriusque vitæ felicitatem
 sperare licet. Causæ quoque vobis longè
 vehementiores: quippe, qui nisi hostem
 fortissimè cecideritis, de salute, fortunisque
 vestris omnino est actum. Utrumque vires
 exploratæ satis superque. Ad Varnam semel
 malè pugnatum est, ubi si partis quandoque
 utriusque fortunam commutare liceret, maluisset
 fortasse Turca suorum cædem, cum nostrorum
 fuga commutare (cùm fugientes insequi
 nequiverit, gravissimè cæsus) quam tot
 suarum gentium fecisse jacturam. Illi
 plus detrimenti, vobis plus turpitudinis
 illatum: quamvis illi, vi coacti, cladem
 damna; vos ultrò fugæ ignominiam subieci-
 ivistis. Verùm illius fortasse cladis irrita
 tate, potius Numina (quæ violatâ à nobis
 fidem ulcisci voluere) quam vestrâ ignominiam
 in causa fuisse crediderim. Namque
 perfidiæ illius auctores, ad unum omnes
 capitales illic pœnas exolvère, Nos qui
 invitati ad id bellum venimus, unâ vobiscum
 adhuc Divina benignitate vivimus, ad
 Christianæ Reipublicæ tutelam referendi
 vati, & imprimis Ungariæ, ne Turcarum
 armis, ac rabie obrueretur. Hostium numerus
 merus vobis nequaquam reformidandus,
 quando cum multis pauci sæpissimè pugnaverunt.

gnare, ac vincere didicistis: Divinis potius, quàm humanis viribus hucusque dimicavimus: In nomine Jesu Servatoris nostri, prophanas facilè acies dissipavimus. Quocunque pedem tulimus, in præpotenti nomine, victricibus semper armis viam aperuimus; quia Divino ductu, & auspiciis militavimus: hinc mortalium Servatorem, hinc Divam Genitricem semper nobis adfuisse sensimus. Neque hodie nobis defore credimus, si cælestis charitatis, & virtutis vestræ memores esse volueritis. Adjutor Deus semper adest sanctè, ac strenuè dimicantibus. Accedit tutus pugnandi modus, cataphractorum equitatus, qui in arcis munitæ speciem, haud facilè expugnari potest. Cohortes hæ sunt nobis militum, quæ & facilè regi, & hostibus sat esse videantur: innumera multitudo confunditur. Accedunt varia tormentorum, ac munitionum genera, quibus illi carent. Præterea in horam Sandarobechus cum auxiliariis copiis adfuturus est. Periculum non est ita magnum, ut timeatis: neque parvum, ut contemnatis. Retrò sinè victo hoste cedere non possumus, quia per has montium angustias exercitus ægrè duci potest; & si omnis daretur regrediendi copia, re infecta, ac sinè solita gloria,

ria redire non licet. Fortissimis ardu
 cuncta viris proposita sunt. Proinde
 quando novissimus iste labor vobis in
 net, quo universæ Turcarum vires
 extremum recidi possunt, vos per eum
 Deum, sub cujus nomine militamus, oro
 & obtestor, socii, item per patriam,
 beros, & fortunas vestras, ut datô pu
 gnæ signô, ita strenuè dimicetis, ut Di
 vinas, humanasque injurias, à scæda gen
 te susceptas, & Varnensem imprimis cla
 dem abundè ulciscamini. Sanctum illi
 Regem amissimus, qui pro salute nostrâ
 pro commisso læsæ fidei piaculo, se dedit
 vovit: Regali victima Divinus furor
 le desedit. Date (vos quæso) operam
 ut illius Manibus opiparè parentetis. Ul
 ciscendæ sunt cæterorum mortes, qui
 prælio occubuère. Recidendus semel
 ac hodie, metus iste Turcarum, & ita
 recidendus, ne ampliùs repullulet:
 ab hoc immanissimæ periculo servitutis
 vindicanda Pannonia, ut perpetuam hinc
 die quietem, ac gloriam ad utriusque
 tæ felicitatem comparemus. Extremitas
 itaque viribus est, socii, dimicandum
 quando necessitas cogit, honestas invitata
 ac varia hortatur utilitas. In vado res
 est, & in portu navigamus: utcunque
 res acciderit, bene nobiscum agetur.

licerimus, perpetua patriæ salus, & inviolabilitas, ac nobis immortalitas parietur. Sin occubuerimus, hic pulcherrimè moriemur, sempiternâ apud superos vitâ functuri. Quamobrem ea (quæso) mente pugnemus, ut vincamus: aut si res tulerit, honestissimè moriamur.

ORATIO XIV.

ARGUMENTUM.

Restituto Hungaris LADISLAO, ALBERTI Regis posthumo, cum nobilissima Procerum corona Viennam se contulit CORVINUS: ubi cum obsequium, Hungarorum nomine LADISLAO detulisset, & ultro Gubernationis munere se abdicasset, in hac verba locutus est. Anno à Christo nato 1452.

Apparuisi tandem salutare nobis astrû, & post varias, longâsque procellas, exortu tuo, nos è medio naufragio omnes eripuisti. Ne minore quidem desiderio te diu expectavimus, quàm publicum Majores nostri Servatorem ad inferos ante delasse traduntur. Et cum interdicta per te desideria vehementiùs incendantur, quantò magis nobis abnegabaris à Cæsare, ardentiùs te Principem, dominumque

no-

nostrum, precariò, vi, largitionibus,
 armis repetere cogebamur. Et, nî be-
 tandem Cæsarea pertinacia victa fore
 adhuc fausto, ac salutari te Duce, & M-
 deratore nostro careremus. Agnover-
 oves pastorem suum, & restitutum,
 veluti postliminio reversum semper
 dient. Quia eum non mercenarium,
 legitimum, fidum, & vitam pro suis o-
 bus, postulante re, deponere minimè
 cusantem, intelligunt. Proinde resti-
 tioni tuæ, Rex faustissime, Imò saluti
 stræ, ex corde nunc universi congratu-
 mur. Quando nullum nos, cæteræ-
 gentes, quæ tuæ ditioni parent, oti-
 sentire potuimus, donec tuo ductu,
 spiciisque regi cœpimus, vertimque
 minum recuperavimus. Salve igitur,
 Ungariæ, civium Dux Australium,
 licosque Boëmiae Princeps potentissimè
 salve spes hominum, & salus, human-
 que deliciae: salve tot gentium, & Reg-
 rum pacator unice: faustus, ac felix
 hic tuus adventus, & restitutio perpetua
 salutaris. Sicque Salvator Jesus optime
 maximus, te semper incolumem no-
 efficiat: ne Regalibus procellis quoti-
 fluctuemus. Te non tam è sacro nostr-
 rum Regum genere datum, quàm è ca-
 lo demissum credimus. Si matris tuæ

antiffimæ originem intuemur; quatuor,
 inter Majorum ejus ſtemmata, Impera-
 tores Romanos recensimus: ſi paterna;
 quinque Domus Auftriæ Auguſtos edidit.
 Humano genere, altiùs haud quaquam
 oriri potuiſſi. Magna ſunt profeſſò hæc;
 ſed quæ in te omnes intenti cernimus, &
 conſpicamur, nim-irum multò majora: Di-
 vinum ingenium, intempſtiva ſapientia,
 ingenita probitas, Fegalis obſervantia,
 decus; non arte parta, ſed à Natura tra-
 dita. Plures in te Cœſares, & Auguſtos
 intuemur: te coeleſtem Angelum, inter-
 nunciùmq; ad ſalutem populorum à Deo
 miſſum eſſe, credimus, quem ſanctum, &
 immaculatum, plus Divinitatis, quàm
 mortalitatis habentem, haud temerè re-
 putamus. Proinde, quando ad regendũ
 natus es, tuorum Regnorum curam for-
 ti animo cape. Nos, compaſcux tuæ oves,
 ad paſtorem te convenimus, ut lupos, o-
 vilia tua die, noctòque luſtrantes, auda-
 ceter abigas: nos fida, & perpetua polli-
 cemur obſequia, ſtudia, vires, fortunas.
 Item humana, & Divina omnia tibi ef-
 ferimus; tuum obſervamus imperium, ut
 diſto celeriùs tua juſſa præſtemus. Nihil
 tibi deeſt, quod ad explendam gentium
 expectationem, & ad comparandam fa-
 ciat immortalitatem. Numerofa tibi eſt

populorum multitudo, opes amplissimæ
 omnium rerum copia, artes innumera
 fida, ac præclara hominum ingenia,
 domita quoque virorum robora.
 pefe igitur forti animo, quod tibi fa
 stum, ac felix sit, Rempublicam Christi
 nam, & expectationem, te, Majoribus
 tuis dignam, suscipe. Ungaria ditioni
 perióque tuo (ut par est) se totam de
 cat, & addicit, quem tot annos luge
 ac tristis expectavit: tuum supplex
 flulat adventum, ut desiderium ex Alb
 to patre tuo susceptum, fausto aspe
 tuo consoletur: quo si frui licuerit,
 beatissimam arbitratur. Ego autem (po
 quam resipiscere, teque Dominum no
 abnegatum, armis repetere cœpim
 jam annos circiter octo, sub tuis aus
 ciis, Regni gubernationem gessi: qu
 tum in me fuit, Ungariam domesticis,
 ternisque bellis defendere studui, Di
 na benignitate domi, peregræque cu
 sta pacavi. Foris quod superest, id
 asservatum est gloriæ. Vicies cum Tur
 ca prosperè confliximus: bis tantum
 præ militis inopia, cedere coacti sumus
 nunquam tamen cessimus, quin cruentis
 simam hosti victoriam relinqueremus:
 quos fuga victos ostenderat, eos illa
 clades, hostili quoque judiciò, victor

se fateretur. Itaque Divinò freti præ-
 diò, semper felicissimè dimicavimus.
 postquam Juliani Cardinalis oratione, &
 auctoritate seducti, in vitam sanctè fidem
 urcæ violavimus, bis commissi piaculi
 penas expendimus; satis superque illud
 peccatum expiavimus. Nunc autem, quan-
 do sat fausta tua indoles, præcoxque
 sapientia te Regno maturum pollicetur,
 Turcarum bella majoribus sunt viri-
 bus, & apparatus ineunda, me quoque
 graves, perpetuèque labores jam effectum
 reddidère: inprimis, quia tempus est, &
 sic ita postulat, ultro me Gubernationis
 onere abduco: vero Domino, legitimò-
 que Regi delegatam mihi potestatem re-
 gno: in privatam me vitam redigo: jus
 omne meum, fortunarumque mearum
 tibi hodie, LADISLAE, dedico: & ita de-
 ficationis meæ testem, sanctissimum hunc
 conventum esse jubeo, ut tua Majestas
 perpetuò CORVINI jure potiatur.

*Oratione finita, Rex ad sua genua procidentem
 CORVINUM amplexatus, reposuit:*

*Salve Ungaris Pater, vindex Christiana gentis,
 pietissimi loci parentis mihi semper haberi: quo
 tempore si Pannonia caruisset, jam de com-
 muni salute fuisset actum. Utinam tunc me Prin-
 cipi Divina clementia prestares, qualis spes homi-
 ni, & CORVINI sententia postulares.*

O R A T I O X V.

A R G U M E N T U M.

*S*ublato è *nizic* ADISI AO Rege. MICHAEL SZIIAGYI MATHIAE Corvini zunculus, pro Rege decernendo in campo hos comitia cogit. Ubi instructa prius acie, pro Matthia Oratione peroravit. 1458.

Miserabile Regis fatum nos hinc Procures, adegit, ut de novo Principe decerneremus, quo nullo modo rere possumus. Sicut nihil est, quod viorem deliberationem postulet, ita omnia misceantur, eantque perditum nihil celeriore consultationem exscit: in mora, multa dissidia, prava sententia oboriuntur, quae à publico utilitate animum divertunt. Si bonum Regem sortimur, nil melius: si malum nil pejus Republicae accidere potest. Praeterquam illa sanctorum Regum fausta praesidio in MARIA defecit, & alienos Reges mendicare coacti sumus, quae nos pertulimus. omnes jam diu novistis. Nos ad eam orbitatem redacti sumus, ut, confugere liceat, neminem habeamus. Quin etiam, si peregrini Reges disquirentes essent, nemo succurrit, cui Regnum committere possumus. Eadem difficultate Bemi paulò antè laborarunt, & externis publicam salutem crederent.

indigenas recurrerunt : rati , suos multò diligentius , fideliusque Rempublicã , quàm alienigenas esse gesturos. Georgium Pötebrachium , cujus in longa gubernatione justitiam , virtutem , prudentiam , & integritatem sat exploratam habuerant , repulsis competitoribus externis , suum Regem declarârunt : neque declarâsse poenitet , pigetve ; cùm Boëmia , que sub SIGISMUNDO , ALBERTO , & LADISLAO tam diu , ac miserè fluctuaverat , nunc ejus probitate , sapientiâque quiescit. Nos autem , quæ nobis ex usu sint , alieno periculo discere , Proceres , scitum est quidem , & laudabile. Si Gubernationis nostri filium potissimùm eligendum censerimus , nihil fortasse Reipublicæ salubrius decernere videbimur. Cùm externis competitoribus repulsam omnino dandam esse judicem , si de Ungaris optio est habenda , MATTHIAM ego GORVIUM eligendum esse , censeo : ut , veluti patre tot annos gubernante , ab intestinis , externisque malis omnibus liberati sumus , ita imperante filio , nos in posterum liberemur. Quàm faustæ , ac generosæ sit indolis , quàm divinò ingenio , & quantâ animi magnitudine , ac laudis ardore nunc æstuet , sat cuique vestrùm constare puto. Non à Patre (mibi credite) de-

generabit, cum paterno nomine, ac laude certabit; in castris natus est, alicuius sagae, in veteranorum contuberniis educatus; à teneris hinc didicit ungviculis Turcarum tumultus, & aciem non pavescere, pugnare sub vinea, & castrionis præcepta servare, ab equo pedibus juxta dimicare, ad palum quotidie exerceri, transnare sæpè Danubium, & per frigus, & æstum sub galea, ac noctem agere, laboris, & incommodi fieri patientissimum, nil magis, quam hostilè aspectum anhelare, singulari saminè admodum delectari, in castris sociis simulacrum quotidie belli agere, nil ignaviâ, & desidiâ magis abominari, contra nil bellò plus appetere. Accedit ingenita mansuetudo, pietas, & morum elegantia cum summa honestate conjuncta: Religio insuper ingens, & intempestiva sapientia. Nisi per hunc, vel per patrem, in communem salutem feramur, nil profectò aliud succurrit, nisi spes nostras rectius intendamus. ad sanctas CORVINI reliquias confugimus, nos cætera consilia defecere. que oblivioni tradendum est, quid immortalia Divi Patris beneficia nunc exspectant; qui, dum vixit, præter gloriam, virtute sua partam, nihil pro servato REG


pro defensata semper Christiana Republica, pro cæsis, fufis, fugatisque toties olim Turcis, præmii vivus accepit: livor edax Germania denegavit: quin etiam, nisi fat ipse eam cavisset, extremis hunc invidia supplicis affecisset. Quidnam à nobis peteret, si loqui posset? nimirum clarissimus propugnator ille vester, nll aliud pro tot immortalibus in vos meritis postularret, nisi, ut infandam turpitudinem, quam ex antiquissima filii cæde intulistis, quando nll prohibuistis, honestissima MATTHIÆ electione deleatis. Hoc vestrum officium, hoc paterna merita, hoc Regni orbitas, & res demum ipsa postulat: hoc ille non tam, ut suæ domûs gloriam augetet, cui fat vivens nominis acquisivit, quàm, ut Republicæ commodo, salutique confuleret, petere videretur. Verùm, si quid privati commodi ratio, vel invidia, in gratitudóve hominum virtuti abnegat, rependit id cumulatissimè Deus, qui neque bona, neque mala facinora pro irritis vult haberi: is est, qui Regna curat humana, & sua voluntate imperium plis mentibus effundit. Omnis à Deo potestas destinatur, & voluntati suæ quandoque adversari, haudquaquam tamen resistere possumus. MATTHIAM Patet multò vehementiùs altero coluit, & ama-

vit: spem omnem in eo collocavit, pro-
 figiendi, maximum quid in eo futurum:
 gebat opinionem Capistranus, Pater
 le sanctissimus: quippe, qui, introducit
 patre filiis ad officium, MATTHIAM
 semper ad dextram, ad sinistram con-
 LADISLAUM, eo natu longè majorem
 sibi collocabat. Rogatus à Patre, cur pro
 postero ætatis ordine in filiis uteretur
 aperte respondit, propè divinitus admi-
 nitus, id non ab re fieri: quando min-
 alter Alexander, & acerrimus fidei pro-
 puginator, ac Rex futurus esset: major
 mors immatura laudis iter interciperet.
 Ajunt insuper, cum à LADISLAO Regem
 Viennam, cæso fratre, duceretur, illi
 dentibus Allemanis, quòd Rex hic
 gariæ esse vellet, MATTHIAM intrep-
 dum respondisse: ac vester etiam, si ve-
 xero. Dimitto magarum carmina, quæ
 certum huic in Mysia, cum patre militan-
 ti, Regnum portendebant. Nos fatu-
 rum seriem invertere non possumus: mi-
 hi autem illud, Proceres, certum est,
 voluntati Divinæ, publicæ utilitati,
 Numinis æquitati adversari, & adolescen-
 tem, quem Regnò dignum paterna
 nos beneficia jam fecere, legitimo hono-
 re defraudare videar, MATTHIAM Regem
 gem declarandum esse, censere. Quod

refragantium iniquitate assequi non lice-
 bit, ab isto Regnum gladiô accipiemus.
 Objicerent aliqui ætatem, adhuc Regno
 immaturam, vindictæque fraternæ su-
 spicionem: quid est, quòd priùs, quàm
 objiciatur, non continuò confutetur. Di-
 mitto præcocem sapientiam, & ejus in-
 genii Divinitatem. Non desunt tot Pa-
 trum, Procerùmque consilia, quæ quo-
 tidie ille sectetur: vester is alumnus erit,
 & in gymnasio sapientiæ vestræ, perquam
 docilis exercitabitur animus. Nihil vo-
 bis aget inconsultis: Regem habebitis,
 quem sanctissimis artibus, & disciplinis,
 pro arbitrato vestro excolere poteritis.
 Majorum natu, ac omnium optimatum
 semper fuit maximus observator: quare
 nihil est, cur vos ætas ipsa deterreat: ad
 ulciscendum nunquam animum intendet:
 novistis omnes animi magnitudinem.
 Quemadmodum in aliis rebus, ita in hac
 potissimùm, patris ingenium imitatur,
 cui mos erat, dissimulare potius injurias,
 quàm ulcisci: inimicum officiò conciliare,
 & nihil virò dignius existimare, quàm
 vincere seipsum. Furorem facilè coër-
 cere, ac dicere, nullam majorem vindi-
 ctam jure censerì, quàm, cùm possis inju-
 rias omnes ex ingenita probitate remit-
 tere.

sentiam veneritis, vobis ipse polliceor
 ac ita gravissimò id juramentò sanciendo
 esse, curabo, nullas ipsum unquam inju-
 rias recogniturum : parsurum omnibus
 & illis potius indulturum, à quibus se la-
 sum esse senserit : ut eorum potius, quam
 paternorum amicorum beneficiò Regiam
 dignitatem adeptus esse videatur. Pro
 inde nullius animum ista suspicio à re-
 judicio declinare debet. Quin etiam
 pro imperio libidinis Allemanicæ, mis-
 la Ungaria redderetur, diripereturque
 illud quoque considerare debetis, quod
 pericula, quot injurias, quot crimina
 quot insidias domus ista pertulerit. Ju-
 annes olim à Comite Ciliæ semper in-
 mulatus, ac ejus vexatus est insidiis : LA-
 DISLAUS iniqua morte mulctatus : MA-
 THIAS in exilium ductus, & nunc sa-
 carcere maceratur. Adolescens, patre
 mul, & fratre orbatus, imò nî ad Regem
 Divina ope servatus esset, ad parem cum
 fratre cædem, quamvis parùm abfuerit
 jam raptus esset. Corvina gens, quæ
 annos à Turcarum, & finitimorum non
 bellò liberavit, cuncta, quæ Republicæ
 mala imminebant, ipsa subivit, & quan-
 do ad salutem Ungariæ nata fuit, nunc
 etiam pro publica se incolumitate devo-
 vit. Quamobrem, Pontifices, ac Optima

omnesque Magistratum Ordines, & Legati, vos cum universa nobilitate, nunc oro, & obtestor, ut immortalium JOAN- nis CORVINI beneficiorum memores, firmum, sine ulla secessione, Pannoniæ Regem esse jubeatis. A Numinibus Divum, oraculis, & auspiciis haud quaquam dissentendum esse censeatis. Illum optate, qui sanctissimis Patrum conscriptorum consiliis parere non recuset, nullisque malis opinionibus, & concupiscentiis, peccatori altiùs inhærentibus, depravatum animum habeat. Illum salutate Regem, quem gloriæ cupidum, ad publicam salutem, ac Regni utilitatem educare possitis. Suspicionem quamque gravissimã, & privati (quæso) commodi rationem deponite, ut sine ulla contentione, seditioneque salutarem vobis Principem eligatis. Quod ut faciatis, per Deum, hominumque fidem, per patriæ charitatem, vos omnes iterum, iterumque oro, & exoro.



ORATIO XVI.

ARGUMENTUM.

*E*lecto in Regem Hungaria felicibus auspiciis MATTHIA CORVINO, usq[ue]

ad Moravia fines (ubi is tum captivus agebat) obviam facti Ungari; cum ad Moravam Annem in mutuum conspectum ventum est, JOANNES VITESIUS, Varadinnensis Antistes, hac verba fecit. Anno a partu Virginis 1458.

Salve, MATTHIA, Rex Pannoniarum, quem publicis votis, quod nemini unquam contigit, omnibusque suffragiis Senatus, Populusque Ungaricus, Principem, & Regem suum esse iussit; salve spes unica Pannonicæ gentis: salve CORVINI generis sacrosanctæ reliquias faustum, & felix tibi, universæque Pannoniæ sit hoc Regni tui auspiciam, & Christianæ fidei admodum salutare. Te tota properare jubet Ungaria, capere Regni habenas, justè regere, tuique Imperii fines latè tueri. Quantum tibi timueris, quàm affectatè repetierit, ex his Comitibus nunc intellige, quibus maluit te adulescentem optare Regem, quàm consummatos consilio, experientia, & ætate viros jam sortiri. Te ad regnandum nunc esse intelligit: & quod sub clarissimo patre tuo experta est, id omne in te requirit, speratque futurum. CORVINI ductu, & auspiciis gubernata, imminenti cuncta pericula superavit: diu floruit, & mult

& multa bella prosperrimè gessit. Maximis repulsam Principibus ipsa dedit, ut **CORVINIS** quoque auspiciis regeretur. Te non modò alterum patrem, verùm etiam in majori potestate situm, paternum omne nomen superaturum esse, sperat. Sibi certum erat, te non modò redimere, ubicunque fores, sed etiam, si id negatum esset, vi obstinatè repetere: ubicunque alieno facinore occubuisses, mortem armis ulcisci statuerat. Verùm tot periculis clementissimi Regis Boëmiae prudens animus occurrit, qui mira calliditate ex Allemanorum te manibus eripuit, ut te Ungaris conservaret. Quamvis hoc fuerit humanitatis, & societatis officium, Ungaria tamen perpetui locò beneficii id haberi jubet. Imortales nunc gratias agit, & datâ referendi copiâ, cumulatè rependet. Ne igitur de ingratissimis bene merita esse videatur, id auri pondò dono dat, & cum res tulerit, majora data est: perpetuam Boëmis amicitiam defert, & immortale Pogiebrachiorum beneficium, nunquam apud se interiturum esse, pollicetur. Quodcunque **MATTHIÆ**, Proceres, cum vestro Rege convenit, id universa Ungaria ratum, ac firmum esse jubet. Quin etiam, quòd Regè nostrum incolumem præstitistis, & cum
tam

tam magnifico apparatu, ac nobilissimæ equitatu honestatum adduxistis, ne parùm quidem huic beneficentiæ vestræ nos debere profiteamur. Proinde MATTHIAS AM reddite, & initium à MATTHIA cum inclyto Rege vestro foedus, utriusque perpetuum tuò conservemus.

O R A T I O XVII.

ARGUMENTUM.

Bellum Robensia, barefi infecta, Authoribus Paulo II. P. M. & Friderico Romanorum Imperatore, illaturus MATTHIAS Rex: auditis, in Comitibus Agri habitis, Procerum, ac Patrum sententiis sic ipse à solio exorsus est Anno ab Incarnatione Dñi 1468.

SI quis hoc, Proceres, bellum declinare deberet, MATTHIAS ex his profecto unus esset: quippe quem in socer salutis autorem, arma sumere, quem patris locò parentis semper habuit, nec æquum nec fas ullum hortatur: sed, cum mecum reputo, quicumque publicam personam gerit, vel maximè Principes, potius communis, quàm privati commodi rationem habere oportere: ex hoc fit, ut publicam salutem, & utilitatem propriis rationibus anteponam: cum me confidero, prius ad Regni, Christianæque Reipublicæ, quàm

finium commodum esse natum, meo-
 rum sæpè cogor oblivisci. Nec illud qui-
 dem Servatoris optimi maximi documen-
 tum quemquam præterire debet, plerum-
 que, cum jus, fâsque tulerit, non modò
 suorum nullam habendam esse rationem,
 sed animam quoque suam, cum de Deo
 agitur, perdere oportere, ut in cœlis
 inveniat eam. Verùm si, quanti momen-
 ti sit id, quo de hodierno die agitur, re-
 cè pensitaveritis, nimirum etiam injussu
 Pontificis, & Augusti, ultrò id bellum
 suscipiendum esse, censueritis. Res tan-
 ti ponderis si cui detrectanda esset, in-
 primis profectò mihi esset. In eo enim
 loco Regnum situm habemus, Proceres,
 & ad tam misera tempora venimus, ut
 hoc bellum necessitate magis, quàm vo-
 luntate suscipere cogamur, cum Turci-
 co perniciosius esse videatur. Turci, præ-
 ter obsequium, & tributa, nîl aliud ex-
 poscunt: ad suas ceremonias nec vi, nec
 eruciatibus impellunt: nullis animum
 prophanis opinionibus inficiunt: corpo-
 rum, non animorum imperium quærunt:
 Boëmica hæresis, quæ tam multiplex est,
 & diversa, ut contrariis semper fluctuet
 opinionibus, usque adeò propagari cœ-
 pit, ut non solùm Boëmiam, sed jam jam
 totam Moraviam, & magnam Silesiæ par-

partem infecerit. Jam nostris finibus per
 ris hæc imminet, & nonnullorum etiam
 militari consuetudine (ut nuper accepimus)
 mentes incellit. Corporis interitus, in
 commodumve parva jactura est, Patres:
 sed animorum, maxima. Boëmus, dum
 modò te in suam ruinam trahat, in ista
 labe contaminet, nil aliud postulat: te
 noctu, & interdium familiarissimè utitur, &
 quibuscunque potest, humanitatis officii
 excolit: ad voluptates quasque perni-
 ciosissimas incendit. Justum, fas, & æ-
 quum, omnia miscet: pollutæ, ac im-
 versæ sunt ceremoniæ: verus Dei cultus
 piaculorum multitudine depravatus: ex-
 tincta Religio, spoliata templa, sacræque
 Collegia Monachorum: orthodoxa fides
 tot malis opinionibus infecta, ut nocturnæ
 sacra ad promiscua adulteria, ince-
 stusque redegerint. Hic Adamitas, &
 Adæ more viros passim cum mulieribus
 nudos incedentes, sinè rubore pudibundum
 ostendentes, cernere erit. Hic Jacobi-
 bitas, hic Paulinos, hic Taboritas, &
 Hussitas, ac varias hæreticorum sectas
 quisque spectabit. Nec illud ab re qui-
 dem: quando, postquam ab ipsa veri-
 tate divertitur, diversi utrinque nos er-
 rores excipiunt. Quare pestis, & exitium
 nostris limitibus imminet: & nî san-

atem fortè nostram, veluti amentis de-
 speratione contemnamus, necessariò hanc
 labem propulsare cogimur. Præterea
 quodnam bellum honestius, gloriosiusq;
 nobis proponi posset, quàm id, in quo
 non modò de communi corporum liber-
 tate, sed in universum de animorum sa-
 lute agitur? vos orthodoxæ fidei vindi-
 ces, vos Christianæ Reipublicæ asserto-
 res, vos universæ salutis autores, nunc
 Pastor gentium, sacrosanctum Collegi-
 um, & Romanum imperium vehemen-
 ter hortatur, & exorat, ut Christi popu-
 lum non modò à servitute Turcorum, sed
 etiam ab hæreticorum contagione libe-
 retis. Et ne ex, quæ vires nostras exupe-
 rent, ii orare videantur, pecunias, arma,
 commeatus, & auxilia non parva dete-
 runt. Calamitosum laborem, fortasse
 quis dixerit, nobis proponunt. Imò, si
 rectè sentire, ac viri esse volueritis, ar-
 gumentum laudis, & materiam nobis of-
 ferunt immortalitatis. Laudis, dixi, &
 immortalitatis: imò Regni accessionem,
 perpetuumque commodum. Quicquid
 armis quæretur, vobis, non Pontifici,
 non Imperatori, parabitur. Interitum
 tantum hæreses illi quærent. Quicun-
 que non laude, non belli pietate move-
 tur: commodo militiæ, & imperii pro-
 paga-

pagatione excitetur. Sed turpe est, momentaneam utilitatem perpetuæ præferre honestati: non solidum, sed inanem finem præponere. Quietem sibi aliquam optabit: quænam quies, præter desidiosum, & ingratum otium, Ungaro esse potest? Quæ vestræ artes, quæ studia vestra quæso, considerate. In tria hominum genera universa digeritur Ungaria: unum Deo dicatum, in Religione versatur: alterum, militiam: tertium, agros colit. Non vos diversa literarum studia, non variae artes, & mercatura sollicitat. Pax maxima vestri arma gerit: qui nisi studia feceritis assidua, vitam cum dignitate retinere non potestis. Si domi degitis impatientes inopiæ, continuò ad vim, seditiones, & rapinas animum advertitis. Formidolosum (mihi credite) talis vobis est otium: ad gerenda bella vos natura genuit. Proinde nolite, quæso, turpi ignavia, desidiamque torpescere: partem tanto sanguine à majoribus Regnum, Boëmis, & Turcis vindicate. Non ignavia laus ipsa comparatur. Nihil honoris tibi virtus adfert, & ornamentum sine labore, difficultatèque quàm maxima. Generosi viri est, more Herculis, in perpetuo suo labore, & sudore versari. Non ad ventrem, & desidiam, sed ad laborem

nati sumus. Videte, quàm bene nobis
 fortuna agitur. Inter Turcos, &
 hereticos nati sumus, qui Turcis sunt
 longè perniciosiores: alteri in servitatē,
 in perpetuam animorum miseriam alteri
 ans afferere conantur. Martialis, nī à
 majoribus degenerare velit, est Ungaria.
 Utrunque laudis, & commodi, perpetuæ
 que salutis proposita materia est. Quis
 hic vacationem militiæ, quis otium, aut
 exauktionem appetierit? nisi fortas-
 se nutrire ventrem, & inter mulierculas
 pensa disponere cupiat: Ardua, & dif-
 ficilia cuncta fortissimis viris sunt jure
 proposita: ignavos, & inertes repellit
 gloria. Sat ipsâ experienciâ didicistis,
 nihil desidiosô otio vobis esse pernicio-
 sius, quo humanum semper contabescit
 ingenium. Si Religio, & vera fides pri-
 us nobis insitæ esse debent, quæ Divinô
 potius, quàm humanô beneficiô compa-
 rantur: vobiscum, Pontifices, aliquan-
 tisper (quæsiō) reputate, quid à vobis
 imprimis sacrosancta Mater Ecclesia, quid
 Sponsus ejus Servator noster, quid Chri-
 sti Vicarius, quid Apostolicus Ordo, quid
 Cæsar Augustus, quid propinquum exi-
 tium, jam nostris limitibus imminens, quid
 salus animorum, & res denique ipsa po-
 pulare videatur. Existimate, à Jesu opti-

mo, maximo, vos omnes orari, per cruci-
 tus indignos, per sanctissimum sanguinem
 in patibulo Crucis pro nostra redemptione
 largè diffusum, per saluberrimam mor-
 tem, qua vos à morte liberati estis, et
 hostes sui nominis, vel Religionis infe-
 res, in exitium fidelium, in animorum
 interitum, vires, & imperium ampli-
 care patiamini. Id ipsum cæteri, quod
 diximus, exposcunt. Opulentissimi vos
 bis Pontificatus, & Basilicæ, opulentissi-
 mæ quoque Proceribus, & nobilibus ci-
 vitates, ac villæ, à superioribus nostris
 factæ sunt, non ad luxuriam agendam,
 non ad cræpulas celebrandas, sed, cum
 Christi milites sitis, ad alendum exerci-
 tum, ad protegendam fidem, ad eradi-
 candam hæreticorum impietatem. Quod
 si præter opinionem contempseritis, ad
 æternam animi, corporisq; miseriam (mihi
 hi credite) militabitis. Ad ingratum hæ-
 sagitta me hortatur otium, quam altius
 dorsi spinæ infixam Valachicò bellò non
 per accepi: quanquam somnum inhibet,
 quietem intercipit, & molestum cibum
 reddit; quotidie tamen gravicrem cor-
 pori loricam induxi, & contemphi dolor-
 rem, quando plus Regni salus delecta-
 tionis attulit, quàm illa molestiæ. Si
 vos non Religio, non Christi charitas

nos


non orantium autoritas, ac cætera, quæ
 diximus, excitaverint; num usque adeò
 segnes, bruti, ac ab omnibus sensibus
 ericis desituti, ut pristinorum, intolera-
 biliùmque injuriarum memoria, quas
 per tot annos à Boëmis accepistis, ad
 bellum pro fide, pro Christo capeffen-
 dum, non impellat? In primis a nos octo,
 plurimi nos cædibus, rapinis, & incen-
 diis affecerunt: fratrum deinde latroci-
 nia multò gravissima succelsere, qui il-
 lorum exemplò è Boëmia, tanquam asy-
 lo malorum omnium, prodiere, erexê-
 te castella, templa diripuere, incestavê-
 re virgines, eximiâsque matronas; igni
 ferròque latè grassati, nec ætati, nec se-
 xui, nec focis, & aris pepercere. Sue-
 bla quid molitus sit, non sine spectacu-
 lò quoque cruento spectâstis. Quinetiâ
 superiore anno, quid Henricus Lippa,
 fraternæ societatis latronum hospes; præ-
 terea quid Stedhanus Eyczingerus, &
 Matthæus Steinbergus adversus nostros
 patrârint, accepistis omnes, & pleriq;
 ex accepta calamitate sensistis. Vindi-
 ctam sibi tales postulant injuriæ, quando
 illi, quibus bellum sumus indicturi, ho-
 spitia semper latronibus grata præst-
 bant, læti excipiebant, alebant in per-
 niciem nostram, & prædam fortasse com-

munem habebant. Quousque igitur, Proceres, hæc inulta tolerabitis? quousque in eadem, calamitatēque vestram finem hoc genus hominum respirare patiemini? An usque adeo diuturnā malorum patientiā obduruistis, ut toleratā fortunarum jaçturā, ferendum nunc quoque animorum interitum expectetis? Tolerabilia sunt quandoque illa detrimenta, quæ resarciri queunt: sed, cum de æterna corporis, animique miseria agitur, ad declinandum tam exitiale periculum, omnes hominis vires intendendæ sunt. Difficultatem belli quis objecerit, & tempus minus idoneum: neque difficillima duo bella, & tantopere formidolosa, prosperè uno tempore agi posse censuerit. Fateor, Boëmos Martiales esse, formosissimum genus hominum, culturæ corporis studiosissimum, & quàm maximè crinium, cupidissimum belli, & ad pericula promptissimum. Procera sunt his corpora, & speciosa: contemptus mortis magnus inest, & persvavis, hæcque, consuetudo. Sed animi, corporisque voluptatibus nimis sunt obnoxii, quibus vires omnes enervantur: miræ inedia, laborisque impatientia. Primo congressu nimis possunt: sed sudorem effundunt, situm, squalloremque castren-

non perferre nequeunt: mori, aut ter-
 rere, quam coræ cultum præ-
 ferre, malunt. Accedit & illud, quòd
 non cum universa nobis Boëmia bellum
 suscipiendum est: sed cum Hæreticis
 tantùm dimicandum, quos & robur, fi-
 desque vestra, & Numen veritatis, Ser-
 vatorisque præpotens dextera proteret
 universos. Aliter cum SIGISMUNDO,
 qui infestum semper sibi Martem habuit:
 aliter cum Germanis, & nunc cum Un-
 garis (bene spero) pugnabunt. Alium sibi
 hostem esse sentient, à Divina benigni-
 tate, à cœlesti justitia, ab orthodoxæ fi-
 dei veritate longè aliter munitum. Pro
 victoria nostra Romæ Pontificis edicto
 supplicationes indictæ, ad omnes aras
 Divina res fit. Pro victoria nostra, Au-
 gusti beneficentia omnia Australium ar-
 mamentaria patefecit, vectigalia confe-
 ret, & auxilia validissima pollicetur. Nu-
 dius tertius Pontifex Paulus, Pater ille pi-
 entissimus, Apostolicum diploma cum
 Imperii scepro, gladiòque misit. Quo
 me (velim, nolimve) ex Apostolici Se-
 natûs consulto, & Augustali consensu,
 autoritatèque Christianæ Reipub. Impe-
 ratorem adversus Boëmos Hæreticos, &
 Turcos pronunciat, & edicit. Mahume-
 tes ne quid vobis à tergo moliatur, haud-
 quæ

quaquam hoc anno dubitate. In Asia
 sibi cum Syris, & Ægyptiis res est, cum
 Assyriorum Rege bellum inivit. In Syria
 lam (mihi credite) incidit, & Char-
 din: nostra in vado res est, cum Har-
 ticis tantum nobis bellum erit: quos
 resipiscentiam salutarem revocare, cum
 alioquin viri sint magnanimi, & domi-
 militiæque præstantes, non modò glori-
 sum, sed pium, & sanctum erit. Quo-
 hinc commoda animi, corporisque pro-
 veniant, quis unquam numerârit: His
 Regni accessio, communis utrinque
 lus, Pontificia, & Augustalis obligatio
 & gloria cum immortalitate conjuncta
 Quas ob res (sacrosancti Patres, Proce-
 resque fortissimi) desidiosum otium re-
 pellite, omnes uno consensu capeffentes
 hoc bellum esse censete, piam, sanctam
 que militiam militate: me Christiani
 Reipub. Ducem, me Imperatorem in His-
 reticos ab Apostolico Senatu declaratum
 sequimini: pro Orthodoxa (quæso) re-
 de, pro asserendo veritatis Numine
 ma capite. Nobile, ac præclarum genus
 hominum, vi ad meliorem frugem re-
 vocate, ut immortalis hoc beneficio com-
 ciliatum, vobiscum deinde in Turcos
 ductu, auspiciisque meis, arma gerat
 Proinde comparate copias, supplementa

quærite: & CORVINUM, CORVINI-
que fortunam forti animo sequentes ad-
juvate. Te autem, IESU CHRISTE, optime,
maxime, cujus auspiciis ista bella susci-
pimus, nunc supplices exoramus, ut per
nos, in virtute tua, Hæretici resipiscant:
Turci, cum quibus tot annos bella geri-
mus, præpotenti dextera tua proteran-
tur: nobis vera salus, & nomini tuo
sempiterna gloria comparetur.



O R A T I O XVIII.

A R G U M E N T U M.

Eleſto in Regem Bohemia ULADISLAVO,
Caſmiri Regis Polonia Filio, Moravia
ac Sileſiam necququam à MATTHIA
CORVINO repetebat Caſmirus; niſi qua-
dringenta auream millia MATTHIA ſol-
berentur. Unde bello utrinque obor ò, cum
in agro Vratiſlavienſi mutuis alloquiis tres
Reges ſe conſalutãſſent; Caſmirus, atate
multò major, & ſummæ gravitate conſi-
ſtens, hæc primus ad MATTHIAM verba
fecit. Anno à partu Virginis 1473.

Non ambitio, imperandiſve libido,
me ſumptis armis huic adegit, MAT-
THIA frater; ſed filii huiusce pietas, qua
nos, quantò majores ſumus, tantò magis
pollere debemus. Nam ſuperrimè Re-
gnum

gnum Boëmiæ sortitus, ad reliquias qua-
dam, & tetrarchatum, non ad Regnum
se invitatum esse, queritur. Paribus au-
no superiore auspiciis, Pontificio iustis
Boëniam infestabamus. Nunc hic dies
& hæc causa aliam belli rationem pos-
lat. Si me regnandi libido agitasset,
profectò, qui uxorium, violatis com-
tiis, Regnum occupasti, non brevi, sed
perpetuò bellò vexassem. Sed, cum Cor-
vinæ gloriæ, & Ungariæ authoritate
rationem haberem, cui creandi Regis
summa potestas, te in Pannonia latè im-
perare permisi, haud inscius, immortali-
bus tui Patris beneficiis, non minùs di-
LADISLAO fratre, quàm Christiana Re-
publica benemeriti, ne parùm quidem
esse tribuendum. Itaque, si Regnum Un-
gariæ, quod uxoris meæ juris erat, ali-
ultrò dimisi; si rerum dispensationem Di-
vinæ Providentiæ reliqui (non ignorans,
Divina quandoque benignitate, si fata ju-
serint, Pannoniæ Regnum ad liberos fore
tasse meos recasurum) cur nunc filium
in suo Regno sollicitas? cur Boëmiam, ad
te nulla ex parte pertinentem, sic perni-
tenter vexas? cur neminem è finitimis tibi
parum esse pateris? Immodicus, MAT-
THIA (mihi crede) ambitus, & imper-
randi libido, gravem casum sæpius, quàm
sublit

sublimem statum parat. Si Cæsaris, & Alexandri fortunam recensueris, quorum te æmulatorem egregium esse non diffiteor; ex intemperata regnandi cupiditate intemptivum sibi fatum invenere. Nemo sua libenter amittit, nemo sponte Regno cedit, quod sui juris est: præsertim ille, qui vi non modò sua tueri, sed aliena potiùs invadere possit. Collige te parùm, & ex ista ambitione, quæ te adeò premit, respira aliquantisper: ac tecum ipse loquere, & considera, quàm bene tibi cum fortuna sit actum. In privatis laribus natus es, è carcere ad Regnum eductus: eoque potitus, virtute duce, & comite fortuna, præclara multa gesta peregisti. Scito, fortunam inconstantem esse, ac variam: &, dum se virtuti fingit obnoxiam, mox clandestinas illi insidias moliri. Quin & perpetuam virtuti cum fortuna invidiam intercedere credito. Proinde sic habeto: nos nec minùs quidem officis, quàm armis, à te superari nolle. Redde, quæso, ULADISLAVO Regi, filiisque nostro, Boëmicæ Regni appendices. Wratislaviâ cede ac Moraviâ, si beneficiò nos superare perrexeris: sin minùs; pro arbitrato tuo urbes aliquot tibi retineto, quousque pro bellicis sumptibus te præstiterimus indemnem.

Publicæ salutis, & concordia: consule: ne te quidem sub Pontificia authoritate proterge: quodnam Regæ probitatis sit officium, meditare: &, pensitatis bene viribus, ea facito, idque consilium intosquò, depositis utrique armis, in perpetua pace, & charitate vivamus.

Cùm hac gravissima Casimiri dicta MATTHIAS animo accepisset, ne minore quidem audacia, quàm ille gravitate, locutus, respondisse fertur.

ORATIO XIX.

SI quem olim laborum meorum misereri sperabam, CASIMIRE Pater (hac enim in t præfatione uñ fas est, quem præverere benevolentia, cum Patre meo instituta, & ingenta probitate parentis locò semper habendum mihi esse duxi) te potissimum esse credebam. Nam quantò Religione, sapientia, & ætate major, tantò beneficentior in me ac cæteros, & Christianæ Reipub. commodior esse debes. Fuisi, CASIMIRE, fuisi, inquam, superiore tempore mihi non inutilis, donec Ungariæ Regnum aliorum impulsu non affectare cepisti. Mensesim habenas Regni capeissentem annos aliquot tolerasti: nullum mihi negotium palàm facessere studuisti. At ne il-

Iud quidem mihi satis compertum est, an
 hoc probâ modestiâ. an spe improba fe-
 ceris: quousque bellorum procellis, quib-
 us fueram circumventus, obruerer. Quæ-
 cunque tamen ratio fuerit, probitatis ista
 species admodum laudari potest. Deinde
 me paternorum beneficiorum memoriâ è
 carcere ad Regnum ab Ungaris (quibus
 tantum suos Reges creare est integrum)
 ultrò petatum, publico plausu, & lati-
 tiâ coronatum, dominatumque tot an-
 nos in meo Regno, non sine maximo po-
 pulorum detrimento invasisti. Adjuvit
 me Divina benignitas, & propugnavit:
 quæ ad Regnum olim evexerat. Polo-
 niam ego nunquam, nisi lacessitus, pe-
 tendam esse censui. Nec ego, nec Pater
 ille meus, Polonorum quemquam inju-
 riâ affecit: nisi quos in Regno deprehen-
 dimus, antiquis victum latrocinis quæ-
 ritantes. Et finitimis læsi neminem, nisi
 quos ulciscendi necessitas adegit. Pro-
 ceres tantum meos, ac Vaivodas Pro-
 vinciarum nostrarum, obsequia legitima
 detrectantes, iustò bellò puniendos esse
 duxi. Cum Turco perpetuum mihi bel-
 lum est: quem ne in cæterorum Christia-
 næ Reipublicæ Regnorum exitium elabi-
 patiamur, æternum cum eo bellum ge-
 rimus. Pontificiis Augustalibus, quàm

literis, diu vexati, ob pestilentem Hæ-
 reticorum labem, Boëmis inviti bellum
 indiximus. Anne ambitio, & ingens im-
 perandi libido sit hæc appellanda, tu ipse
 Pater judicato. si ex ambitione Boëmicæ
 bella suscipimus, ejusdem quoque tua
 Majestas insimulari potest. Ego non alie-
 na diripui, non in quemdam tyrannidem
 exercui: fideles hæreticorum jugo, &
 pestilentiam liberavi: Moraviam, & Sile-
 siam, quas armis ab hæreticorum servi-
 tute vindicavi, perpetua libertate, &
 immunitate donavi. Non ambitio Re-
 gni, CASIMIRE, hæc est, sed cupido
 laudis, & immortalitatis. Cujus me ap-
 petentissimum esse non diffiteor: quando
 id Principis generosi est officium. Quod
 me fortunæ admonens, & humilitatem ob-
 jectas, tibi debeo plurimum: quando pa-
 rentis optimi est officium, ad quotidianam
 filium relapsentiam, & sui recognoscen-
 tiam exhortari. Sed, cum hinc timor su-
 pe immodicus oriatur, ab instituto lau-
 dis recordatio ista remoratur. Fateor im-
 genuè, CASIMIRE, me fortunæ fuisse
 ludum. Quantum Corvinam domum im-
 periosa illa humanarum rerum domina
 vexarit, tute nôsti. Moritur Pater: nos
 cum fratre capimur. Iniqua mox ille
 morte muldatur: MATTHIAS in carce-
 re

te superest: qui parùm absuit, quàm unâ
 cum fratre ad extremum supplicium edu-
 ceretur. Antequam annus exigatur, edu-
 ctus est è carcere: ad regale fastigium eve-
 hitur. Non fortuna, sed humanum sce-
 lus, & Divina benignitas est in causa. Al-
 terum Corvinam domum ad extrema re-
 degit: instauravit, & evexit altera. Hęc
 fortunæ varietas mihi animos addidit.
 E malorum experientia didici secunda pa-
 ti. Plus etiam laudis, & gloriæ mihi
 vendico, quòd in humili lare, ac è Chri-
 stianissimo Patre, imò Christianæ Reipu-
 blicæ assertore olim editus, ad ista per-
 venerim, quàm si ex infidelibus paren-
 tibus in regia natus aula imperarē. Quod
 autem ad rem pertinet, sic habete: MAT-
 THIAM pacis, & concordiæ semper fuis-
 se amantissimum, & amicitæ, fœderisq;
 vestri studiosissimum: nec ullas recusatu-
 rum conditiones, quæ turpitudine, gra-
 vique damno careant: & in primis ULA-
 DISLAI semper fuisse observantissimum,
 quem (ut paternâ bonâ veniâ dixerim)
 longè majore pietate, animo, & integri-
 tate pollentem existimo. Nihil me ULA-
 DISLAI mei probitate magis vincet; què
 fratris locò mihi semper habendum esse
 duxi. Ut unâ fraterno semper amore vi-
 vamus, Moraviam, Silesiâmq; , & ce-
 te,


tera, quæ in Boëmia possideo, me reddi-
 turum esse polliceor, cum quadringenta
 aureum millia (ut hujusce belli me præ-
 stis indemnem) rependeritis. Quin
 am, si, ut spero, gratum esse novero,
 mulatiore quotidie beneficio prosequar.
 Me autem, antequam rependantur im-
 pensæ, scitote, ne unum quidem viculum
 redditurum, nec Regno, nec Regni ti-
 tulo cessurum: nemo enim tales Provin-
 cias tanto sudore, sanguine, sumptibus
 partas, tam facile reddiderit: nec Regem
 quemquam tali liberalitate his temporibus
 usum acceperim. Quod si etiam MAT-
 THIÆ animus hanc pati posset, & UL-
 DISLAI probitas mereretur: ut vestra
 pace dixerim, GASIMIRI tamen meritis
 qui tam gravi me bello sæpè petiit,
 beneficentia ista repellunt. Neque me
 hæc sine pensitatis viribus responderem
 credite, neque me de dictis quicquam
 immutaturum exillmate: nihil unquam
 temerè adior, nisi meas vires præ-
 fuerim emensus. Quare, CASIMIRË Pa-
 ter, Majestatem tuam, præsentem filio tuo
 adolescente clarissimo, nunc oro, & ob-
 testor, ut nos hodierno die fraterna chari-
 tate, & concordia obliges: perpetua
 benevolentia utrumque obstringas: omnia
 Boëmiæ, & Ungariæ tribuas, imò Polon-
 iam.

Æ: quæ, si bellô vexabimur, ipsa quo-
 que bellô non carebit. Provinciis meo
 sanguine partis cedito; redito in Po-
 loniam: & me, ULADISLAUMque fra-
 trem paribus auspiciis, & charitate è Po-
 lonia gubernato. Vires, & arma non
 inter nos, sed in Turcos (quæso) exer-
 ceamus: ibi perpetua Regna, quæ nul-
 la vi possint auferri, comparare studea-
 mus. Quod ut, CASIMIRE facias, iterû,
 te umque supplico: sin minùs; ultores
 humanæ iniquitatis Deos esse scito.

Cum hæc CASIMIRUS, & ULADISLA-
 US filius audissent, MATTHIAMque à
 proposito dimoveri non posse animadvertet-
 rent: acrioribus verbis bellum interminâ-
 ri capere. Contrâ MATTHIAS pertinaci-
 us obstitans:

Testor, inquit, Deûm, hominûmq; fidẽ,
 & utriusque vestrum majestatem, cum
 necessitas ipsa tulerit, me cœlesti, huma-
 naque justitia uique adeò esse fretum, ut
 uno die, collatis primûm cum Patre, dein-
 de cum filio signis, me dimicare pollice-
 ar: confido, præpotentis mihi justitiæ
 Numen nunquam defuturum, & me ab
 iniquè petentibus omnino defensurum.
 Interea quicquid pacis gratiâ à me jure
 fieri debet, spondeo, polliceorque, me
 ultrò facturum: si pax ipsa negabitur, jus

meum, & parta tanto sanguine Regna
non solum meis viribus, quantacunque
fuerint, sed si forte defuerint, accitis alio-
rum etiam auxiliis, pertinacissime asser-
turum.



ORATIO XX.

ARGUMENTUM.

*Effuderat se in Transylvaniam cum in-
genti exercitu Ali-Becus, brevisque re-
pinis, ac populationibus onustus, pedem
nemine obsistente, referebat; cum à tergo
ultor STEPHANUS BATHORIUS, Tran-
sylvanie Vajvoda, usque ad campum Pann-
(Ungaris Kenyer mező) insequitur; sistit
barbaram coluviem, & priusquam ad or-
ma ventum esset, hac ad militem suum ver-
ba fecit. Anno salutis 1479.*

Damnabunt fortasse alii, commilito-
nes, militiam nostram, immaniumque
Turcorum vicinitatem, & periculis
deprecabuntur: contra ego, nihil vobis
antiquius, feliciusque dari, aut contingere
arbitror potuisse. Alii perniciose
vana plerique stipendia faciunt; quando
pro impotenti, ac imbecillo Imperatore
item pro rebus fluxis, momentaneisque
me

peruisti visi sunt: nos contra saluberrimam, sanctissimamque militiam militamus: quando pro IESU CHRISTO, optimo, maximo, pro Christianæ Republicæ salute, pro Patria, pro aris, & focis, pro liberis, & conjugibus, pro fortunis, pro corporum, & animorum denique salute dimicamus. Pars pro alienis commodis, & imperio bella suscipiunt: nos pro nostra utilitate, Regno, & immortalitate arma gerimus. Multi totam inediâ, abstinentiâ, Religionéque durissima vitam absument: nos plus unô momentô lucri, quàm per totam illi ætatem facimus, & lucrum quidem stabile, ac perpetuum. Pluris profectò momenti est gutta sanguinis, quæ pro Christi charitate funditur, quàm cætera, quæ in toga, & reliqua vitæ securitate meremur. A comitibus, Discipulisque Servatoris nostri accipite conjuguram. Cur ille neminem in Apostolorum numerum, & beatorum Ordines adoptavit, nisi quos suo calice impartivit? cur Martyres potissimum, animarum prodigos, inter Divos, & coheredes retulit? nempe, quia sapientissimi Præceptoris exemplô, documentoque didicere, pro afferenda Catholica fide iacturam corporis pro nihilo esse ducendam: imò nihil pro divino beneficio magis, reputandum

esse judicabant, quàm cum in professione
 Orthodoxæ fidei ad ultima supplicia, non
 viliſſimòſque cruciatus educebantur: quos
 non modò ſponte, ſed avidè ſubibant. Sane
 gvinem enim noſtrum ubiſſimam commodiſſi-
 mè erogare poterimus, quàm in vindicam-
 do nomine veritatis: in proterendis gen-
 tibus, quæ Pſeudoprophetarum errores
 pernicioſos ſectantur, & aſſerunt, & Je-
 ſum, Dei Filium unigenitum, Principem
 veritatis, & cœli, terræque Authorem
 abnegant? Multi ſunt, ſocii, quos parùm
 iſta movent: partim, quia his parùm No-
 n en, & natura indulſit: partim, quia hu-
 manis affectibus obruti, non multùm iſta
 conſiderant. Tales igitur homines cum
 Provinciæ calamitates, & pericula, tum
 patria, domeſticæque damna, damna dixit
 imò ſolitudinem, & exitium conſiderare
 velim: utinam id foret exitium! quan-
 to ſuis quique miſeriæ non poteſt eſſe, niſi
 optimus: ſed æternarum eſt initium ærum-
 narum Non Provinciales ſolùm cum for-
 tunis, & pecoribus abducuntur, Proceres
 verum etiam filii, quos ingenuè educâſtis,
 quos vobis chariſſimos habetis, pro qui-
 bus tot labores, & pericula ſubiſtiſtis, &
 uxores ſvaviſſimæ, quæ alterum animo-
 rum dimidium poſſident; ingenuæque
 matronæ, quæ pudicitiam, & Religionem
 ſan-

tantopere coluerunt: fortunæ, quas tanto sudore domi, peregræque comparâstis; honores, quos tot virtutum usu obivisti; Dii denique patri, & cætera Divina, & humana auferuntur, sine quibus ultra vivere non licet. Non ad mortem, & malorum finem ista omnia, sed in perpetuam servitutem, & miseriam auferunt, ipsa morte longè detentorem. Pudet, pigetque referre, commilitones, quot piacula, incestus, & sacrilegia, castas virgines, pudicasque matronas proxima nocte maneat, nisi virtute vestra vindicaveritis. Longe majorem, mini credite, miseriarum cumulum turpitudinis ipsa, quæ cætera damna, præstabit. Num ululatus mulierum, & vagitus infantum exaudistis? num vociferationes captivorum accipitis? qui, manibus post terga revinctis, longo fune trahuntur: quibus etiam omnibus, elatis ad cælum manibus, neque supplicare, neque vota suscipere, neque ex more Numina exorare licet: quando in vincula coniecti, Deos exorare nequeunt: &, nisi virtute vestra redimantur, nihil morte majus anhelant. Proinde expergite mini, commilitones: hodie non solum pro Deo, Regno, & provincia, sed pro vestra salute vobis dimicandum est: ne, quodcunque prædæ super fuerit,

iterum à Turcis abducatur. Pugnate, cum
signum dabitur, si fieri potest, quando
res ita postulat) majoribus, quam unquam
quam antea, viribus, & animo multo
majori: hostium multitudinem ne plus
æquo timeatis; quia pauci contra multos
jam diu pugnare didicistis: nunquam cum
Turcis pari numero dimicastis; nunquam
etiam terga vertistis. Animus est, qui nu-
merum auget, legionibus supplementa
suggerit, pectora nuda munit, & strictos
in jugulum gladios, corporaque contem-
nit. Quin etiam & in horam, ut dudum
mihi nunciatum est, affuturus est ille for-
tissimus collega noster Paulus, quem in
tempore opitulaturum esse, speramus. Pro
Jesu Christi, quæso, nomine, fortissimò
animò dimicite, quem nunquam vobis
in hujuscemodi bello defuisse novimus.
Sin verò, quod Dii prohibeant, barbarie
co furori fortasse cesseritis, quæ, & quot
vos mala jam maneant, considerate. Præ-
ter mortem, quæ inter cætera plus bo-
ni, quam mali adferet, inauditi cruciatus,
æterna servitus, turpitude intolerabilis,
& miseriarum denique omnium incredi-
bilis cumulus accedet. Hæc autem omnia
si viri esse volueritis, dexteram vestram de-
clinare poteritis. Quare, invocato pie-
tissimo Jesu Christi nomine, agite loci,
229

manum conferite, sædam audacter gen-
tem proterite, quamdiu vincere didici-
tis. Gemitibus captivæ multitudinis, per
Deum, hominumque fidem, & per ve-
rorum denique liberorum charitatem,
quæso, subvenite. Hacigitur hodie men-
te pugnate, ut aut ad interfectione di-
rum hostem cædatis; aut, si qua fati co-
gat iniquitas, ne ea, quæ diximus mala,
& longè majora patiamini, pulcherrimè
moriamini: ubique Bithor vobis aderit,
inter confertissimos pugnaturus: &, ne
paternæ gloriæ cedat, hodie aut victorem,
aut Deorum convivam fortè sentietis.

*Et verò, cum primus in acie staret, &
fatali casu equi propemodum ipse sternere-
tur, plurimi receptui canendum censebant:
at ille.*

Quicumque pro Deo optimo, maximo,
Divæque Genitrice pugnat, quonã
pacto malis præliũ auspiciis inire potest?
Proinde timori parcite, & me forti ani-
mo sequimini, commilitones: futura vul-
nera abominatur equus. sine quibus bel-
la non geruntur: sed iste, mihi credite,
hodie victorem me vobiscum referet.

*Mox dicto celerius in Turcos irruit, la-
borantium animos instaurat, & cum tanto
impetu fertur in hostes, ut primum illo-
rum agmen sine mora prostraverit. Quod
cum*

cum Alibebus accepisset, quatuor simul
 agmina jungit, ut, equisum multitudinem
 circumglomerante, Vairoda aciem obruit.
 Remittitur interim in utroque cornu
 gna furor, & ad pratorianas acies Mar-
 totus vertitur. Ibi que sic consertio pra-
 dimitur, ut Dux cum Duce, veterani
 cum veteranis cominus acerrimè certarent.
 Vairoda sex vulneribus unà cum equo com-
 fossus, ad extrema cum sociis redactus erat.
 Et quamvis casorum corporibus obductus
 esset, quò plures tum ex hostibus cado-
 bant, eo frequentior undique turba com-
 puebat.

Et adierat de salute STEPHANI, nisi
 PAULUS KINISIUS, vir ille humili quidem
 genere oriis, sed ab incredibile firtitudi-
 ne, ac virtute Martia Dux eodè suò clari-
 rissimus, & Republica propugnator acer-
 rimus, succurrisset. Qui cum Themeseo
 Comes, & Regionis illius Praefectus, pro sa-
 lute publica excubaret; accepta Alibebus
 in Transylvanos irruptione, ut BATHO-
 RUS in tempore adesset, marcebat. Jam-
 que consertam cum hoste manum à vertice
 montis prospectabat, cum subito, edito im-
 petu hos à tergo premit, ut primo congressu
 sumulti ceciderint. PAULUS duplici acie
 cinctus gladio, veluti leo rugiens, multo

cruore usquequaq; proflatur: indomitus, quacunq; ruit, cuncta obvia proterit: latam, & insignem stragem agit; nunc ultimam hostibus internecionem obclamitans, nunc suorum ferociam inflammas: quandoque usque ad eum intonans, ut à laborantibus, & sedentibus exaudiretur. Postquam pientissimo se Jesu Christi nomine fovet, ac victoria successum continuari intellexit; geminatis viribus, animisq; intonuit, per infesta latum iter agmina faciens.

Ubi ubi BATHOR es, inquit: ubi castitatis specimen, fidei propugnaculum, & severæ integritatis exemplum? sicubi locorum es; si vivis adhuc, responde BATHOR: sum PAULUS, pro te, pro Patriæ salute, ad utramque fortunam expeditissimus.

Senserat Vaidoda potius ex desidente bohemis ferocia, quam ex intensa voce, collegam in tempore adfuisse: & quamvis multiplici vulnere jam extirpatus; tamen, quia plus alieno sanguine, quam suo cruore fœdatus erat, inter congesta utrinque cadavera:

Adsum, inquit, mi PAULI E, adsum: adhuc vivitur. Dum defecta ruinâ nostra corpora minantur, & nutant, tu Catholicam fidem, Regnum, Patriamq; tuetor.

Cum hac vix inter cades, mutuòq; id
PAULUS exaudivisset:

Si vivis adhuc, confide ergo, & cura
 pro nobis Numina dudum arma su-
 plisse puta.

*Caso deinde ferè ad internecionem hosti-
 cum receptui signa cecinissent, in agone
 locumq; certaminis omnes convenere. PAULUS,
 victoriã quamvis baud inventã la-
 tatus, cum collega, legionibusque victri-
 bus, & pientissimis inter cadavera cano-
 re decrevit: quia ingruente nocte in castra
 redire non poterant, atque multum com-
 meatũs, & vini, potiti castris hostium
 hinc abstulerant. Super cadavera stratis
 mensa: quippe quæ usque ad eũ frequen-
 densque jacebant, ut per universum cam-
 pum, quoquo versũs, in stadia penè sex-
 cim, in cadaver prosilire potuisset. Appre-
 sitis ergo dapibus accubere milites.
 facta satis, superque corpora: & animi la-
 titia, vinoque plus aquo exbilarati: ce-
 ptivi, qui, prospectã ducum victoriã
 lia castra populari ceperant, ibi quoque
 opulentissimè discurrere: cæna non sine
 litari cantu transactã, incomposito extem-
 poralique carmine Ducum, Procerumque
 laudes concinere. Mox, incalcescente
 cæno, militarem pyrricium saltarunt. Cæna
 adhuc armati, Martiales choreas agerent.*

latis in numerum clamoribus, cuncta com-
 plebant. Item, cum in publica hilaritatis
 monumentum, quousquisque miles gestu,
 motique corporis aliquid ageret, quo vi-
 sum à ceteris exigeret; PAVIUS salutare
 sulsus, in media corona ita subjicit: me-
 dium, sublimesque casum hostem humo
 porrectum, dentibus sine ullo manuum ad-
 miniculo, planè corripuit; mox in orbem,
 admirantibus prius, quam videntibus spe-
 ctatoribus, numerosè saltavit; choream
 se, & Herculeo quoque viro dignam edi-
 dit.

Hactenus Orationes Historicae à Bonfinio
 excerpta Quibus addere placuit ternas
 ex Istovansio, Herois totà Europà clarissimi
 Comitis NICOLAI ZRINII. Primam, qua
 coram Maximiliano Imperatore, Rege Hun-
 garia, ac frequenti Procerum Hungarorum
 Senatu, bellum adversus Turcas suscipi-
 endum sondebat. Alteram, qua ad Sige-
 tanam Arcem generosè propugnandam Mi-
 lites suos, eorumque Praefectos hortabatur.
 Tertiam demum, brevem eam quidem,
 sed tanto Heroe, ac Duce invictò dignissi-
 mam; qua fatali incendii necessitate con-
 flus, ad mortem gloriosè oppetendam suos
 extremum animabat.

ORA.

ORATIO I.
ARGUMENTUM.

Fœdus, quod FERDINANDUS Casar
Sulimano pepigerat, inviolatè ser-
vandum, MAXIMILIANO Filio, atq; in Sa-
lum Patris erecto, complures Procerum Hun-
garia fœdebant. Contrà verò alii, atq;
imprimis NICOLAUS ZRINIUS, Dux
suo clarissimus, necessaria potius, quam
bonesta pactione initum, atque adeò re-
pendum fœdus esse, hac Oratione dis-
cutit.

Quandoquidem, si rem, penitiùs con-
sideraverimus, in præsentia
res, non secùs, ac si nulla pax,
lum fœdus ictum esset, agros urere,
populari, miseram plebem quotidie
riis, indignisq; modis ad deditio-
compellere, arces finitimas partim
de, & astu, partim aperta vi invadere
& expugnare imperium per fas, & nefas
prolatare contendunt: contrà, si quid
nostris in defensione licita, atque neces-
saria patrat, ea contra pacta fieri, no-
stròsque violati juris, & æqui, turbam-
que pacis reos exemplo agi, & pro
feritate, leges, quas luberet, dare, ad-
mere, non probro non flagitio, non pe-

nis quibusvis facinoribus, quò minùs,
 nemadmodum in victos, & sub jugum
 missos suam libidinem exercerent, absti-
 nere videmus: nec conquerendo, aut
 postulando apud importunissimos ho-
 mines quicquam profecimus: quin gra-
 viùs indies, & acerbùs malefaciendo,
 patriam, socios, & commilitones nostros,
 eversum ière, nostrâque socordiâ domi-
 nationem in nos insolentissimam agita-
 vere: ita, ut mihi quidem, quod pace, &
 veniâ aliorum dictum velim, tempus es-
 se videatur, ad vindicandam in liberta-
 tem Remp. expurgiscendi, ac oblata oc-
 casione jugum à cervicibus nostris excu-
 tiendi. Itaque, si quid Sulimano in hanc
 usq; diè ex pacto debetur, id ei mittendum
 non abnuerem, ne aut merito conqueri
 possit, aut, uti est arrogantia, & impa-
 tientia singulari, arma sumendi inde oc-
 casionem capiat. Quamquam, sive apud
 eum beneficiò, sive metu procedamus,
 sperinde esse duco; adeò miseris, & san-
 guine nostro satiari non potest. Ut mis-
 sum illud fuerit; tum demum renuncian-
 tarum ei induciarum, matè ab eo observa-
 tarum, fidem, & amicitiam omnem cen-
 serem, quibus nostræ opes, & vires, tam
 privatae, quàm publicæ, magis quàm bel-
 lù diminutæ, fractæque sunt; ac deinde

tempestivè curam, studium, & diligentiam omnem adhibendam, bellum, quod nobis illaturus esset, sustinendo, & cum Dei Optimi Maximi ope etiam profusando. Non possum diffiteri, eum subsecum vires, magnam potentiam, ex citatos milites, ingentem exercitum habere consuevisse: sed ea omnia opinione hominum, ac vero longè minora esse comperi. Aliquoties jam mihi ejus bellorum expeditiones visæ sunt, quibus ipse interfuit: quas ipse amplissimâ magnitudinis famâ duxit: primò, cum, me adolescentente, & vix alterum, & vigesimum ætatis annum agitante, Viennam irrita obsequio cinxisset: ac cum postea Cuscesum, ignobile oppidulum, æquè inglorius frustra tentasset, nec Carli Imperatoris Augusti adventum expectare ausus esset: postremò, cum socordiâ, & ignorantia, ac deditione nostrorum nobilissimorum Strigonii, & Albæ Civitatibus occupatis castra in Albana planitie, etiam Tartarorum aucta, collocasset. Sed ego sic existimans ejus exercitum, & copias, incertis popularibus vulgi rumoribus, ac pravitate, & mendaciorum eas in immensum falso extollentium, quàm re ipsa constare, perdiditum siquidem prætorianorum, quos Janiceros vocant, duodecim millia, aut


summum quatuordecim eum habere
 quam est: quem numerum rarò attigisse,
 nunquam hætenus excessisse, ab iis, qui
 præterea dicere contendunt, accepimus. Equi-
 tatus omnis ex Asia, & Europa collectus
 viginti quinque, aut triginta millia nu-
 merum non excedit: nec is virtute, aut
 viribus multum pollet; utpote, qui è
 prætorio, & agris ex hominibus eorum cul-
 tura deditis colligitur. Verum enim ve-
 rò in prætoriano equite, & iis, qui in
 hisce Ungariæ, & Illyrici finibus stipen-
 dia merent, Janicis adjuncto, robur
 omne, & munimentum ejus exercitus
 consistit. Quorum numerum etiam si
 Turcæ ipsi ad multas myriadas, & ii,
 qui simul cum eis falsa, & incomperta
 adferunt, extollere conentur; re tamen
 vera Asiaticis, & Europæis æquato fe-
 pede censentur. Cætera multitudo,
 calones, sex vulgi, inermes Bul-
 gari, & Græci, camelis, equisque curan-
 dis, tabernaculis tendendis, aquationi,
 lignationi, denique frumentandi, & pa-
 bulandi ministeriis, & castris ser-
 vitiis addicta plebs, & incondita turba
 est: quæ nec in aciem educi solet; nec,
 si educatur, usui esse potest: quòd nec
 ulla arma, præter unam securim gerat,
 & magna pars nec eam, nisi silem, aut
 bacu,

baculum. sudémve habeat. Quæ mihi com-
 perta, oculisque sæpius visa, non præ-
 ter veri fidem ab aliis temerè allata, aut
 audita nunc referre animus est: sic, ut cum
 septuaginta millibus nostrorum Christi-
 ni nominis militum, ex utroque ordine
 selectis, hinc hosti, quantumvis tumido
 & elato, patentibus in campis, Divino No-
 mine invocato, congregari, idque non sic
 nè firma vincendi spe posse, existimemus.
 Nec autem Deum Optimum Maximum
 superòsque omnes, nobis Christianis tan-
 topere iratos, infensòsque esse puto, ut
 septuaginta militum millia conscribi, &
 in aciem adversus Barbaros educi, & Ja-
 niceris totidem pedites exercitatissimos,
 equitibus parem virtute, & fortitudine
 equitum numerum opponi posse, desper-
 rem. Hos autem abs te, Cæsar inclite
 nova nunc septem capessente, partim in
 tuis Regnis, & Provinciis, partim apud
 Patrum Hispaniarum Regem potentissi-
 mum, qui Hispanum peditem, non ant-
 mo, non armis Janicero inferiorem, facile
 concessurus sit: ac summum Pontificem
 uti communem omnium parentem, ceterò-
 ròtque Christianos Principes, quos ad
 confociandas vires, conferendaque auxi-
 zilia impigrè concurreris, haud dubiè mihi
 hi pollicor, facile comparari posse ne-
 qua-

quaquam diffido. Nec Duce alio, quàm
 e, Cæsar invicte, opus est: cujus ut au-
 toritatem, & dignitatem, qua omnes
 mortales anteis, nunc omittam; sic vir-
 tutem, magnitudinem animi, experien-
 tiam belli, rerum usum, & prudentiam;
 postremò gratum, temperatùmque impe-
 rium, & omnia, quæ virtus, & virilis
 animus abundè suppeditant, ad bellum
 ritè administrandum adducturum arbitra-
 bor. Cætera in promptu erunt, stipen-
 dia, tormenta, eorùmq apparatus, clas-
 ses, naves, commeatus, qui ex Ungaria
 rerum omnium feracissimo solo, ad mul-
 tos menses, & annos, provideri tempe-
 sivè, facilèque curari possunt: & Danu-
 bius omnibus ad superfluitatem, & red-
 undantiam in castra devehendis tantam
 facultatem præbet, ut invitare videatur.
 Quòd si Deus Optimus Maximus votis
 nostris secundissimènaverit, & victoria
 nobis cesserit, sicut de ea dubitandum
 non est, atque adeò hic semel de perfido
 hoste exoptatum triumphum retuleri-
 mus; cætera omnia incommoda, quæ
 hætenus accepimus, incomparabili cum
 laude, & gloria Christiani nominis cu-
 mulatissimè resarcientur, & nos tot ac-
 ceptas à barbaris clades egregie ulciscer-
 mur, atque ab iis respirantes, pristinum

Patriæ nostræ decus, & splendorem brevi
 vi recuperabimus. Hoc ut faciamus,
 nequaquam, extensis ulterius induciis
 quibus hoc Regnum hæctenus vastatum
 potius est, quàm correctum, aut defensum
 insidiosæ paci justissimum bellum præfer-
 ramus, svadent cum alia permulta, quæ
 supra paucis attigi, & quibus mihi maxi-
 mè anitus erectus est; tum verò, Cæsar
 optime, & fortissime, tuæ virtutis
 & maximi in terris imperii summa spes
 & domi, militiæque præclara facinora-
 æ denique summorum Regum, & Principum,
 quibus non solum sanguinis propin-
 quitate, sed etiam animis, & sensibus
 conjunctissimus es, æqualis, & firmis-
 simus consensus cohortari, incitareque
 possunt. Itaque Christianam Republicam
 abs te summis votis, non flagitium
 aliquod, vel obscurum facinus petentem
 tibi proponere; sed ut afflictæ imprimis
 Pannoniæ libertatem, salutemque col-
 lapsam, & dilaceratam ab occasa, & in-
 teritu restituas: qua Superis bene juvan-
 tibus restituta, Germaniæ, & totius Euro-
 pæ libertatem stabiles, & confirmabis:
 neque te ipso clarior toto orbe terrarum
 aut fortunatior quisquàm mortalium erit:
 nullius factæ, aut virtutis laus, per omnes
 gentes longius, aut latius volitabit.

brevisque, sempiternâ apud omnes partâ no-
 minis gloriâ, industriæ, laborumque tuo-
 rum pro Republica Christiana suscepto-
 rum uberrimum fructum, & præmia ca-
 pies: quo uno nihil est in vita magnani-
 mis Principibus vel ad privatam glori-
 am, vel ad publicæ securitatis decus ma-
 gis expetendum.



O R A T I O II.

A R G U M E N T U M.

*V*iso Solimani ad expugnandum Sige-
 tbum adventu, terror ille Turcarum
 ZRINIUS, Præfectis militum in Arcem in-
 teriorem convenire iussis, pro concione in
 hunc modum peroravit. Anno à Christo
 nato 1566.

Non inexpectatum, neque improvi-
 sum fortunæ casum, sed quod diu
 antea forti pectore expectâstis, bellum
 jam videtis, Commilitones! Turcarum
 nempe Principem, magnis copiis undiq;
 ex Asia, atque Europa contractis, omnes
 vires suas adversus nos, atque hanc Ar-
 cem perdomandam adduxisse, eâmq;
 nobis necessitudinem impendere, ut pro
 Patria, pro libertate, pro vita certandum
 sit, & locus hic maximi ad tutandam Pa-
 tri-

Patriæ nostræ decus, & splendorem bre-
 vi recuperabimus. Hoc ut faciamus, &
 nequaquam, extensis ulterius induciis,
 quibus hoc Regnum hætenus vastatum
 potius est, quàm correctum, aut defensum,
 insidiosæ paci justissimum bellum præse-
 ramus, svadent cùm alia permulta, quæ
 supra paucis attigi, & quibus mihi ma-
 ximè animus erectus est; tum verò, Cæ-
 sar optime, & fortissime, tuæ virtutis,
 & maximi in terris imperii summa spes,
 & domi, militiæque præclara facinora,
 ac denique summorum Regum, & Prin-
 cipum, quibus non solum sanguinis pro-
 pinquitate, sed etiam animis, & sensi-
 bus conjunctissimus es, æqualis, & firmis-
 simus consensus cohortari, incitarèque
 possunt. Itaque Christianam Rempubli-
 cam abs te summis votis, non flagitium
 aliquod, vel obscurum facinus petentem,
 tibi propone; sed ut afflictæ imprimis
 Pannoniæ libertatem, salutemque col-
 lapsam, & dilaceratam ab occasu, & in-
 teritu restituas: qua Superis bene juven-
 tibus restituta, Germaniæ, & totius Eu-
 ropæ libertatem stabilies, & confirmabis:
 neque teipso clarior tot orbe terrarum,
 aut fortunatior quisquā mortalium erit:
 nullius facta, aut virtutis laus, per omnes
 gentes longius, aut latius volitabit: po-

tiúsque, sempiternâ apud omnes parta nominis gloriâ, industriæ, laborúmque tuorum pro Republica Christiana susceptorum uberrimum fructum, & præmia capies: quo uno nihil est in vita magnanimis Principibus vel ad privatam gloriam, vel ad publicæ securitatis decus magis expetendum.



O R A T I O II.

ARGUMENTUM.

*V*iso Solimani ad expugnandum Sigethum adventu, terror ille Turcarum
ZRINIUS, Præfæctis militum in Arcem inferiorem convenire iussis, pro concione in hunc modum peroravit. Anno à Christo nato 1566.

Non inexpectatum, neque improvisum fortunæ casum, sed quod diu antea forti pectore expectâstis, bellum jam videtis, Commilitones! Turcarum nempe Principem, magnis copiis undiq; ex Asia, atque Europa contractis, omnes vires suas adversus nos, atque hanc Arcem perdomandam adduxisse, eamque vobis necessitudinem impendere, ut pro Patria, pro libertate, pro vita certandum sit, & locus hic maximi ad tutandam Pa-

triam momenti, in dextris, virtutēque no-
 stra, & efficacibus armis positus, ante
 omnia nostram industriam, fidelēque,
 & constantem operam exposcere videtur.
 Si enim cum, juxta Dei immortalis opem,
 ab excidio, quod hostes minantur, con-
 servabimus, omnia nobis tuta erunt; di-
 vitia, honores, opes, decus, gloria abun-
 de suppetent; præterea libertas, salus,
 pax, incolumitas Patriæ, cum aris, sociis,
 conjugibus, liberis, non nostris solum,
 sed omnium, quotquot nomine Panno-
 nico, imò Christiano censentur, cum im-
 mortali nominis nostri gloria unā sal-
 va erunt. Sin metu, aut ignaviā cesser-
 rimus, quod de fortissimis, & exercita-
 tissimis militibus, quales vos esse, factō
 sæpius periculo, compertum habeo, mi-
 nimè libet ominari; omnia adversa fieri
 & quem arma, & virtus non texerint,
 neque aliud quicquam teget, aut tuebitur.
 Nunc opus est, Commilitones, belli
 gloria, & virtute sua quemque fretos ire
 in aciem, atque non tantum magnificum
 adhortatorem, & verbis tantum ferocem,
 & interim operum militarium expertem,
 sed qui & ipse tela tractare, procedere
 ante signa, versari media in mole pugna
 sciat, vadentem in hostes, & Divini Nu-
 minis ope confisum, fortiter, & impig-
 se.

sequi: non tantum verba mea exequi vos
 milites, sed etiam facta imitari volos; nec
 disciplinam modò, sed etiam exemplum
 à me petere. Aspera quidem res tolera-
 tu o' fidio erit; sed vos, ut fortissimos, &
 expertissimos omnium humanorum casu-
 rum viros, timere eam, aut horrescere mi-
 nimè decet, neque inertiâ, aut mollitiâ
 animi labefieri. Aderit Deus Optimus
 Maximus fortiter pro Patria pugnanti-
 bus; & qui nos in multis, & magnis sæ-
 pè periculis servavit, nunc quoque, si
 socordiae, atque ignaviae nullum locum
 dederimus, ex hostium faucibus, atque en-
 sibus minimò negotiò eripiet, dummodò
 ejus protectionem vigilando, agendo,
 bene consulendo, nec quicquam hostibus
 cedendo, nuncupatis votis imploremus.
 Quod itaque instat periculum, Commili-
 tones, armis fortiter avertendum est, &
 virtus, ac decus ob oculos statuendum,
 ita ut aut libertas, salusque omnium vin-
 dicanda, aut, si fors ita tulerit, honestis-
 sima mors pro Patria oppetenda sit: quam
 aeternae laudis nunquam intermoritura
 memoria in terris, apud Superos verò cer-
 ta, & perpetua animorum felicitas con-
 secutura est. Quapropter postulo à vobis,
 sicut ego vobis, & huic loco tuendis me
 inde obstrictum in vestigio reddere cupio.

ita vos fidei, quam Cæsari debetis, & dignitatis meæ, officisque vestri memores, vicissim Cæsari; postea mihi, & loco huic ad extremum spiritum tuendo, mutuum Sacramentum præseti; ea conditione, ut, si me de urbe hostibus tradenda, quod præcùl absit, pessimum aliquod facinus fortè amplecti animadvertetis, minimè parcatis; quin eo momento vos Sacramentò exolvero: contra, si quem ego vestrum, cujuscunque is fuerit ordinis, meditati infamis ejusmodi flagitii reum deprehendero, mea, & legum militarium usus auctoritate, extremò supplicio statim afficiam. Stationes, & excubias quilibet vestrum diligenter obeat; milites centurionibus, centuriones tribunis obtemperent; nec, insciis præfectis, aut eorum injussu, quisquam loco se subducatur. Nemo cum hoste colloquatur, nemo hostium literas recipiat, aut si illas, ut fieri solet, in arcem sagittis, aut telis missilibus iniectis receperit, ad tribunum, is verò ad me perferat, igni tradendas. Postremò, si quid mihi humanitùs contigerit, ut rerum humanarum diversissimi casus, ac incredibilis inconstantia est, Gaspari Alapino, sororis meæ filio, quem hic præsentem cernitis, vos obtemperare volo, & in præsens statuo.

Hac ubi dixit, ipse primus dextrâ in su-
 blime erectâ, tribusque digitis de more ex-
 tensis, in æstivulo porta interioris Sacra-
 mentum præstitit; ac deinde omnes ordine
 tribunos, & milites, præeunte scriba, ibi-
 dem iurejurando obstrinxit. Nec aliter ar-
 cem tutatus est, quàm fidei Sacramentum
 postulabat. Quoties irruptionem fecere
 Barbari, toties magna virtute, ac constan-
 tia repulsi; & jam multis millibus suorû dei-
 deratis, obsidionem solvere coacti fuissent,
 nisi grassantibus, & interiorem quoque ar-
 cem sacre depositibus flammis, extremi,
 & nunquam sat celebrandi facinoris con-
 siliùm ZRINIUS arripuisset. Viso igitur,
 binc Vulcani furore, inde atroci hostium
 impetu, propugnator inictus vestes sericas
 breviores adferri jubet, hisque induitur:
 capitis tegumentum, ardearum pennis au-
 rô inclusis, semis que ornatum, quali in
 spectaculis, & nuptialibus pompis uti erat
 solitus, apponit, ac centenos aureos nu-
 tios, præmium hosti interfecturo, marsupiiis,
 quæ utroque in latere erant, ingerit (è quo-
 rum numero Turcica moneta aureos exclu-
 dit;) postremò claves arcis addit. Deinde,
 sumpto ex multis acinace paterno, cum
 se eo gestato, multa adisset, ac superasset pe-
 ricula, multum laudis, & glorie acqui-
 sisse, nunc jam satis urgentibus, eodem si-

nem, quem Divini Numinis voluntas attulerit, facturum praefatus, neque, donec spiritus hos regeret artus, se commissurum, ut colum, & manus catenis oneratus, per hostium castra ductaretur, in publicum & conclavi prodit: & ubi artem incendiis, quod jam nulla ratione extinguere poterat, conflagrare, nec longius in ea ob ingentem flammarum, ac fumi vim persisti posse videret, in hunc modum milites, qui in prociectu eius jussa praestolabantur, alloquutus esse fertur.



ORATIO III.

Quoniam in loco res nostrae sint, Comites milites, & quam duriter, atque improsperè nobis fortuna consuluerit, perspicuè cernere potestis. En eò deventum est, ut non virtute, aut vera hostium vi, sed intempesivis ignibus obruamur. Itaque ego vobis magis supremæ necessitatis index, quam consilii auctor proceci, neque enim, ut cadentibus rebus nostris, hic manendo, pertinaciùs cum irata fortuna, ignibus ustulandi, colluctemur, sed neque ut majore animi molli-
 titie, quam Christiani nominis viris, mi-
 litis

litibusque conveniat, subita consternatione acti, infamem & editionis conditionem amplectamur, deliberare, aut consulere, in animo habeo. Verum, sicuti ego nuper vobis, ac deinde vos mihi Sacramentum præstitistis, ut mutuis animis, consiliisque, egregie, & fortiter, simul vivendum, & simul moriendum statuamus, ita nunc hortor, & quantum maxime possum, suadeo, ut turpi repudiata sententia, antea actæ militiæ, & gloriæ constantissimo vitæ exitu satisfaciamus. Adeo fortuna virtuti nostræ invidit, ut jam nihil nobis præter arma, & animos armorum memores reliqui se erit: & perpetua, ac ig. ominiosa servitus obeunda sit, si plus, quam viros decet, ferum timeamus. Honestiora igitur consilia, & magis decora sequamur, contempta omni degeneris vitæ cupidine; & in media arma ruamus, ita ut nos, & honestè vixisse, & decoris, vereque laudis, & constantiæ tenaces, è vivis excessisse testemur, atque adeo apud posteros nostros, totumque Orbem terrarum, gratam, & æternam nostri memoriam relinquamus. Agite milites, me modò sequimini, sicuti hætenus sequuti estis, & ceu fonte, salutaria à me exempla hauritis, quibus nec superbi, & fallaces hostes, se

vineula, carceres, catenas, quod omnium miserrimum foret, injecisse, gloriabuntur, & facta, virtutemque nostram, nulla, quin justis laudibus efferant, unquam sæcula conticescent.


Fremitus extempio militum sequutus est, eundem sibi animum, eandem sententiam esse, clamantium; & simul abjectis in angulo porta clypeis, thoracibus, galeis, loriceis, ac ipsis etiam, quò agiliores essent, ac vulneribus opportuniore (cadere enim pulchre quàm sadè vivere decreverant) gladiorum vaginis, solis vestibus, ac nudo singuli ense contenti, ad extremum finem laborum sese parant. Tum verò

ZRINIUS, Divini Numinis ope invocata, portam aperiri, ac **Marco Saraceno**, tormentorum Magistro, qui solus è multis supererat, tormentum majus in porta vestibulo collocatum, quod multis ferri, ac catenarum frustulis, ac plumbeis glandibus oneratum erat, displodi in hostes, qui demissimi supra pontem constiterant, jubet. Sed is, antequam disploderet, per frontem glande trajicitur, & cadit. Tum **GEORGIO HORVATO** adstanti arripere accensum funiculum, eoque tormentum displodere imperat: quo solo ictu hostium plures sexcentis partim occubuisse, partim vulnerati fuisse seruntur. Pugnatum si-

*mal est, ut in destinata supremi certami-
 nis meta fieri potuit, quàm fortissimè, &
 constantissimè, tum à ZRINIO, qui ro-
 tundâ parvâ, & ense proectus, primus
 pugnam iniiit, tum vero à militibus, præ-
 terent: e vexillum Casareum LAURENTIO
 JURANITIO impigro juvene, sed ini-
 quore nostris conditione; qui cùm ad
 sexcentos tantùm redacti essent, ab innu-
 merabilibus Barbaris, sagittas, & glan-
 des, ac tela omnis generis, instar gran-
 dinis in eos spargentibus, faciliè supera-
 bantur—.*

*ZRINIUS ipse glande dextrum pectus
 trajicitur, &, multo effluente cruore, cùm
 nondum suos, ut fides, virtutis, constan-
 tiæque meminissent, animare desineret,
 altero ictu sclopeti, inter dextrum oculum,
 & aurem adactò, prostermitur. Et hic glo-
 riosissimus ZRINI, Ducis immortalitate
 dignissimi, fuit obitus.*





T. CORTESII

DE

MATTHIÆ CORVINI

Invictissimi Ungariæ Regis
laudibus Bellicis Carmen

Panegyricum.

*Quod ob insignem, & emulam Claudianæ
Panegyricis elegantiam non abs re his ex
Bonifacio, & Istantio excerptis Orationibus
Historicis adhibere visum est.*

ILIACAS alii flammas, Thebanæque fratrum
Arma, & Jasonis insignem heroibus Argo,
Astrorum cursus, & Ditis inania regna,
Fictæque Fierio referant miracula cantu:
Nos propriis spectanda oculis, nos inclyta dextræ
Facta tæx canimus, quibus aurea fideiæ vivus
Tangis, & æthereas famâ petis a dius arces.
Sed sine te, nunquam tennes ad carmina tanto
Subsistant vires oneri: Tu numine toto
Dexter ades: da Mæoniam tua facta canenti,
Matthia Corvine, chelyn si Delphica parent
Templa tibi, senti q; frequens tua nomina Cyrrha,
Si Mææ, si Phœbus amanti, hoc tempore solus
Carminibus si digna facis, quæ nulla ve vitas
Deleat, annorumque gravi situs obuat ævo.
Quamquam absens tanto rerum splendore tuarum
Excitor; assensu laudum procul omnia plaudunt
Fortuna momenta tuæ; neque clarius axe
Iumen ab Arctoo micuit: sonat omnis ubiq;
Nomine terra tuo, & famam vaga gloria celo
Terminat, immensumque ingens accedit Olympum.

NON

Non hac ingenio complecti, aut versibus optem
 Posse meis; cupido non si torrentia vati
 Picridum sint ora novem, sit aeneae lingua.
 Litoreas aliquis citius numerabit arenas,
 Parvaeque per densum volitantia corpora mundum,
 Et tennes per inane globos, quam singula versu
 Expecciam. Po tu iatius tacuisse, turenem
 Ni dulcis raptaret amor, qui frena pudoris
 Runt it, & immenso cogit decurrere campo:
 Conveniunt omnes quando, tua cura, poeta,
 Certatimque novas contendunt scribere laudes.
 Nec bene Romano de nomine Musa meretur,
 Quae tua facta silet. Regum tu maximus ille es
 Et maris & terra dominor: tua fulmina passim
 Horret Hyperboræ regio Mæotica brumæ.
 Te duce tua a fides; tibi religio a parentum
 Debetur pietas: in te fiducia duris
 Militibus si a; Threicii fera munera Martis
 Te penes; in te anceps belli fortuna recumbit.
 Tu, vallum Italix Romana palatia servas.
 Impia tu gentis contundis monstra profana,
 Bisakamque, Scythimque ferum. Tu Norica vincis
 Arma, & bellacem non uno Marte Boënum.
 Tu mores hominum domitas, & jura per urbes
 Restituis, lapsisque potens succurrere rebus,
 In faciem antiqui mutas mala tempora cultus.
 Verum ego non Hydræ magis indelebile collum,
 Fœcundamque jecur Tityi consumere posse
 Desperem, aut Ixionios firmare rotatus;
 Quandoquidem primo tantarum in limine laudum
 Hinc decus, hinc rerum incertam fert copia mentem.
 Ac velati rubræ dubitat rimator arena,
 Quam prius e variis gemmam legat ardet hyalpis,
 Lucet onyx, viridi radiat fulgore smaragdus,
 In partes dubium varias, & singula circum

Hac alii, & tacitis veneratur Numina votis,
 Pannonius quo more senex, aut Dalmata fœvit,
 Qui desiderio cœli, terraque, n artoque
 Longum iter emensus, tandem pervenit ad a. ces,
 Maxima Roma, tuas, & flexo poplite supplex
 Ardua clavigeri succedi. Lmina Pe. ri;
 Ipse pius tremulis claudantia murmura labris,
 Integrit ipse preces; & caeca fronte peractis
 Concretam votis exemit pectore labem.
 Non aliter cœlum, Di. osque preca ur Elifã.
 At pater omnipotens, melioris conditor avi,
 Proxima manu repetens jam tempora patris,
 Atque animum casta precibus commotus Elifã,
 His incorruptam compellans vocibus ultro,
 Alia, ut Mariam: Quinquam facta impia cogunt,
 O mater, di. o. xnas de sanguine fumam,
 Immittamque globos hummarum in viscera terræ,
 Et genus humanum deletò femine perdam:
 Jam pudet in nostras armari Numina vires,
 Quæ superis depulsa polis. damnavimus Orco:
 En rursus fera bella cient, rursusque Gigantes,
 Monstrique de superis audeat decernere cœnis:
 Pars quota terrarum restat mihi: possidet orbem
 Turca feros, Eurumq; preni. i. Magmedas, & Austrum;
 Nec patriam tantum Selymam, nec Achaica tantum
 Regna, sed Illyricum tenet, Epi. umq; superbus:
 Angulo vix tuta fœto Roma indyta, Divan
 Roma locus, Roma imperii pulcherrima sedes:
 Quid memorem infandis, tot ditata templa ruinis,
 Dedecus in nostrum, vertum fasq; omne, necasq;
 Pollutionque sedem, & temeratas cœlibus aras?
 An frustra igniferi torquemus salamina dextrã,
 Miscemusq; cavis horrida tonitrua nimbis?
 Me tamen Hunniadæ pietas movet, actaque bello
 Fortia, & effusus nostro pro nomine sanguis.

Sed quoniam emeritum iam pridem sede locare
 Siderea, certum est, & jam nunc filius illi
 Nascitur: hunc rebus bellantem imponere fessis,
 Hoc saxos ductore pato compescere Turcas.
 Ergo age tu Lucina parens, tu maxima Juno
 Da faciles matri partus, natúmque rubentem
 Excipe: quumq; suo vocem formaverit ore,
 Fac Turcas puer ille meas se juret ad aras
 Igne secuturum, & ferro, terraque marique.
 Postquam alacres magnis vires firmaverit ausis,
 Is premat immanes invicto mili e gentes,
 Aureaque Arctoís componat secula terris.
 Hæc ubi dictas; polus tremuit, tremuere cavernæ
 Tellurisq; cava, & sonitum maria alta dedere:
 Palluit anguiferis impexus crinibus ora,
 Territus atque imo latuit Magmedus Averno:
 Ceu latet intonso pavidus sub gramine serpens,
 Vicinâ apparet quoties Jovis armiger æthrâ;
 Dulcibus is prædam natis rimatur, & acres
 Dat penna stridente sonos, super aëra raptus:
 Ille anceps glacie torpet, latebrasq; propinquas
 Intrat, & optatæ tumulo sese abdit arenâ.
 Interea charæ nullo langvore parentis,
 Continuò in dias ope Numinis editus auras,
 Ipse puer strictos primis vagitibus enses
 Complèssi, in patriis repisti parvulus armis,
 Mili is exceptus manibus, plausuq; faventum,
 Othrylium tenero spirabas pectore Martem:
 Qualis ubi in cunis genitus Jove mollibus infans,
 Eluit geminos manibus Tirynthius angves,
 At tibi nascenti Fortuna innoxia plausit,
 Permulsitq; manu blandam Rhamnusia pectus:
 Adfuit Aeneadam genitrix formosa Dione,
 Gradivusq; parens, atq; urbis Romulus author:
 Exoriate, inquit, nostro de sanguine tandem,

Magne nepos, patriæ decus, & tutela ruentis.
 Quanta tibi placidi favet indulgentia cœli!
 Qualibus Ægoceros radiis, quo lumine Mavors
 Prospicit, & quanto rutilus Jove fulgurat æther!
 Ingens Ætneis stridet fornacibus exitis,
 Ingentem Siculi formant thoraca Cyclopes:
 En tibi jam rupes Vulcania tota remugit.
 Incipe, Dive puer, tenero vibrare lacerto
 Tela virum; jam nunc animos ostendis avitos:
 Quippe his Scipiades oculis, hoc parvulus ore
 Cæsar erat; sic Corvinus mihi riserat olim.
 Aspice, jam nostri quantum stat roboris in star
 Fronte tibi, & patrios effingit imagine vultus:
 Qualis erit, quum mœstus Arabs, quum territus Indus
 Cernet, adhuc superelle mea de gente nepotem,
 Ausit qui domitis toties juga ponere Dacis?
 Perge modò; non hæc equidem te oracula fallent,
 O spes Ausonidum, & Romani nominis hæres.
 Dixerat: ipsa fovens gremio Tritonia Pallas
 Hæstam intertabat dextræ, & Phœryaida lavæ,
 Et parvo auratum capiti diadema locabat.
 Ter lauro cinxere comam, ter blanda dedere
 Oscula, ter latæ cecinerunt omina Parca.
 Vix fari poteras, brevibus quum longa lacertis
 Tela dari torvus, patre exultante, petebas:
 Assvetus clangore tubæ, atque hinnitibus ipsis
 Latari, & galeæ flammis ardere coruscæ.
 At non armorum soni um, pugnae fragorem
 Conferta horrebas, emitus, vocesq; cadentium
 Auribus interceptis, tormentaque pectore sicutus
 Audire impavido, quum taxea fulminis instar
 It pila, flammiferi sonitusq; imitatur Olympi.
 Non amnis tumidi murmur, spumantiæque undis
 Æquora, non rapidis terreabant flamina ventis.
 Sic in Chæonis generosa vividus arvis

Pullus equæ, visoq; truci venaticus apro,
 Indolis ante annos caulus dat signa Molossæ.
 Põit ubi paulatim crevit robustior ætas,
 Atque metas expers adolevit corpore virtus;
 Non tergo, sed fronte vago novissimus hosti,
 Jam volucres solitus cursu pravertere cervos,
 Flammea vel celeris saltu vestigia damæ:
 Telique nunc arcu, nunc saxa emittere fundâ,
 Ærea sulphureis tormenta incendere tædis,
 Marorúmque frequens lapidam ingeminare ruinam.
 Ac velut Hesperium Pœnus quum presserat orbem
 Hannibal, ætiasq; furens animosa per alpes,
 Et Pyrenæos raptaverat amina saltus,
 O quoties ausus vastos umbone molares
 Pellere, centenis quoties occurrere telis,
 Intactas super ire nives, fluviosq; minaces,
 Et tumidum audaci pelagus tranare natatu!
 Quum trepidum genitor castris educeret agmen,
 Ipse author pugnæ stabas, & terga daturis
 Firmabas dubium rerum discrimine pectus.
 Quumq; per insidias à tergo invaderet hostis,
 Et furtim missas tremeret procul Alba phalanges,
 Vertebas strictis pavidas mucronibus alas.
 Ceu ferus Æneades, premeret dum Nervius arces,
 Julius emicuit, raptique à milite parvâ,
 Restituit suos media inter signa maniplos.
 Et quod defixum est Othomanni regis in ore,
 (Vulnere quo turbetæ acies) tua dextera telum
 Torserat: auspicio parta est victoria tanto.
 Inde chorus Divam, cælique exercitus omnis
 Prote bella manu telis intesta ciebant.
 Ipse pater superam, summo tibi Christus Olympo
 Propugnator erat: jam tum pia vultiva voces
 Audivere tuas, & votis annuit aether.
 Ille Pharaonias summenit fluctibus alas,
 Ille & legisero Mole Deus adruit, undas

Difficiens, mediúmque viam patefecit in aquor.
 Nimirum Macedúm populi, atq; Alemannia pugna,
 Adventu tremuere tuo, responsaq; Divam
 Bosphorus, & Scythicis Hypanis procul horruit undis.
 Interea Hunniaden, referentem signa cruentis
 Turcarum spoliis, ne quid mortalibus ultra
 Viribus auderet majus, revocare parabat
 Juppiter, & vacuo terræ decus addere cælo.
 Isq; ubi labentes artus, & frigida membra
 Sensit, anhelantemque anima fugiente juventam,
 Sic fatur moriens, dictisq; ita pectora firmat:
 Nate mihi vitâ semper jucundior ipsâ,
 Flos regum, nate Aufonidum, lumenque future,
 Accipe, & hæc memori præcepta in pectore fige.
 Nam te qui supra est annis, & vertice toto,
 Fratrem fata mihi comitem dant mortis acerbe:
 Jam propior mors a ra ruit. quid lactea colla,
 Quid flavos calido conspersos sanguine crines
 Commemorem? Heu tenero sanguis meus occidis xv0,
 Projiciis & truncum ferro, ceu victima, corpus.
 O dolor, ô lachrymæ, dulcis Ladelæ, tuorum!
 Tu, cui felices ostendunt numina cursus,
 Qui patriam, noménque ferens ad sidera nostrum,
 Utere sorte tua: nec sædi carceris horror
 Terreat, aut duri imperium crudele tyranni:
 Inveniet fortuna viam, victorque redibis,
 Quadrijugo insi quis subiecta per oppida curru.
 Quum te Pannoniæ regem, te Myria, & unâ
 Noricus Illyricis mundus venerabitur oris,
 Succellusq; ferens seles latabitur omnis
 Armipotens Europa tuo, & caput esseret astris.
 Amplum nate tibi regnum, famamque relinquo,
 D ratum castris Hunnum, allvetumq; periclis,
 Qui nulli inferior genti pietate, vel armis,
 Quique tuis nunquam delit conatibus audax,

Aude omnes tentare vias hoc milite, & omnes
 His belli contemne minas, puer inclyte, dextris.
 Debellanda manu variarum horrenda ferarum
 Monstra tibi, & multæ diversis finibus urbes:
 Augendum bello decus, & sudore paranda
 Gloria: nam magnos fortunant Fata labores.
 Ergo nec somno indecori, nec tempora segni
 Perde situ, & patrem duris imitare sub armis:
 Incumbent alii Sarrano mollius ostro,
 Argutas tenui ducent de gutture voces,
 Pulsabunt citharam melius, saltuque choreas
 Intexent agili, & convivia lauta parabunt:
 Tu bellare frequens, & vincere nate memento:
 Hoc tibi erit studium, regnique extendere fines,
 Exercere fidem, & contingere sidera factis.
 Ingredere, & tantos jam nunc ordire labores.
 Jam nova pertentant moribundum gaudia pectus.
 Hæc memorans dulci genitor dedit oscula nato,
 Et simul astrigeris conscendit in athera bigis:
 Ælius ut Solymæ vates levis excitus aurâ,
 Egit sidereo candentes igne quadrigas.
 Obstupuit mediis agitantem in nubibus axem,
 Sublatumq; polo nequicquam exclamat Elysa:
 Quò ruis, & dulces linqvis crudelis amicos?
 Sic pater Hunniades cælo sese intulit alto.
 Tum diva inmento regnum paritura labore
 Mat hinc Fortuna suo, fratrem impulit acrem,
 Ulfæci patrium ferro decus, hoste perempto.
 Ipius ante oculos Agelæi regis, & ora,
 Ense vitum necat indomitum, patrique parentat
 Audax Hanniada: natus, nec jura, nec arma,
 Regalemve manum veritus, fæcæve tremendos,
 Sumeret ut meritas hostili à sanguine pœnas.
 At rex Pannonia tremuit Germanus in aula,
 Infontemq; dolis juvenem, & nil tale verentem

Occupat , ac multo fœdatur vulnere fœvus
 Imperat intonſa caput à cervice revelli.
 Heu pietas ! hæret vinctis poſt terga lacertis
 Infelix puer, & crudelia fata moratur :
 Terq; quaterq; ferus nequicquam fortia liſtor
 Colla ferit, crebrisq; addit ſuper ictibus ictus ;
 Turpereo niveos humeros dum caſa cruore
 Inſecit cervix , & pulchros abluit actus.
 Non lachrymas pueri, non plebs, patriivæ ſenatus
 Continuit, triſtesq; necem fœvere catervæ :
 Turpavit ſeniorſquallentes pulvere canos
 Danubius ; genuere alto ſub gurgite Nymphæ,
 Et Riphæa juga, & Boreæ glaciæ obſita tellus.
 Sed non ille diu caſu latatus acerbo eſt :
 Dum nova regiſco celebrat connubia luxu,
 Interit inter vina miſer libata dapesq; ,
 Latæque lugubri turbat convivia planctu.
 Nil adeo certi miſeris mortalibus uſquam eſt,
 Tu, velut alterna Pollucis morte redemptus
 Caſtor, Amyclæum ſtellis oſtendit honorem,
 Et certam nautis tranquilla luce ſalutem ;
 Talis ades regno everſio patriæq; ruenti.
 Quum primum lapſas miles tibi victor habenas,
 Et regni vaga frena dedit, cervicibus ipſis
 In ſolum regale ferens, fractisq; catenis,
 Tradidit Arctoz latè moderamina gentis :
 Principio inſenſas acies, populòsque rebelles,
 Impia non grati perſuria militis ultus.
 Sub juga depreſſo miſiſti regia collo.
 Necdã etiam primo veſſibat bore nitentes
 Barba genas, quum lata tuos Victoria curruſ
 Circumit, & virides ſubſtravit Gloria lauros.
 Prima triumphales fronti conceſſit honores
 Sed, io pacati tuæ, prima impulit armis
 Diſcordes latè gentes frenare ſeveris.

Nec mora, Sidonio longe spectabilis ostro
 Sacra facis, sacrâsque Deum veneraris ad aras :
 Vocalem veluti iama est Davida tonantem
 Placavisse Deum, teneri fundamina regni
 Dum jacit, & puram sacris fert curibus arcam,
 Maeste animis, ô chare tuis cœlestibus Heros,
 Qui sancta imperii pietate exordia firmas.
 Non vires, non arma magis, legûmve potestas,
 Relligione valent : mundum terrore subactum
 Hæc regit ; hæc savas moderatur numine gentes.
 Protinus hostilem ductor capis acer Jafam,
 Inviçtumque doces vinci certamine Turcam.
 Ac prius indomitum fugientia vertere cogis
 Terga ducem : nec te belli vis ulla, nec ullus
 Impetus avertit dura obsidione prementem
 Mœnia, disiectis donec patefacta ruinis
 Intrasti curru victor sublimis ovanti,
 Et magnam infandis rapuisti ex hostibus urbem.
 Sed dum persequeris victricis præmia pugnae,
 Ultioresq; trahis jurata ad prælia Divos,
 Dira superstitione patrias invaserat urbes.
 Hæc illis huic auctor quondam, nec templa, nec aras
 Erexit superis : & quæ constructa manebant,
 Diruit impius, infelix : ac peste cruenta
 Tristitia perjuræ maculavit mœnia Praga,
 Multaque de Superis demens infanda canebat.
 Hinc ortæ manibus facies, bacchatæque passim
 Prodigia. Herculeis non contemnenda lacertis,
 Tymphones atra sinuulis accensa fremebant.
 Nec contenta suis jampridem finibus ingens
 Bellæ, Patagonies spiritus involuerat ambas :
 Mille manus illi fuerant, & cornua mille,
 Et totidem intortis armabat colla colubis.
 Quam procul ob ocellas regni circumspicis arces
 Tanta ex labis tabo, sic protinus ortus :

Quid

Quid Thracū sequar indomitas, Arabumq; phalanges,
 Quos terra, & vastis dirimit mare fluctibus altum?
 Monstra domi vincenda mihi majora superiunt;
 Intestina mei populatur viscera regni
 Sacra lues, propiusq; sedens in limine labes.
 Indigetes Divi, patriæ tutamina nostra,
 Et tu sanctorum columen, Stephane inelyte, regum!
 Si me cana fides, pietasq; illæsa ciere
 Bella jubet, mediis artus opponere telis,
 Nunc precor, ô Superi, finite hac me sternere dextra
 Prodigium, diroque manus fœdare cruore,
 Nunc finite his terris sceleratam avertere pestem.
 His dictis, monstrum patria vi perdere adolus,
 Non clavâ accinctus, non incertamina pelle
 Veri isti: rigido pugnatum est undique ferro,
 Undiq; cummissa cumalatos fra is acervos
 Cernere erat. Tepidas Odera cruor inticuit undas,
 Involvuntq; ruens labentia corpora vortex.
 Fars flammis ambusta sonat, piceoque crematur
 Igne lues; nigris lucent incendia bustis,
 Et spatio rapiunt cineres in nabibus Euri.
 Ergo victi tuis portenta Boëmica telis,
 Tempora victrici flaventia fronde coronant,
 Præceduntq; duces onerati colla catenis,
 Atque sacerdotes cœtu comitantur honore
 Florentes visentem urbes, & vota facientem.
 Aurea casaries humeris volitabat eburnis,
 Lætæque pupæ purei flagrabant ora juventæ.
 Qualis ubi auricomos eduxit Lucifer ignes,
 Vere novo roseus rutilo Sol enitet astro:
 Sic formæ splendore nites, clarisq; verendæ
 Virtutis, bellique notis, ô nobile Martis
 Nomen adoratum, ô terris decus omnibus ingens!
 Jura manu, pacemque geris, viridesq; triumphos,
 Et scelerum ultores educis in agmina Divos.

Imperium tibi grande comes : tibi regna , laborq;
 Clarus, & insignis generoso vulnere mortis :
 Bello jura Geis, bello data jura Britannis.
 Parta quies populis, & vitâ gloria major.
 Adde tot erectas urbes, positosq; colonos,
 Et pacata fero latè loca vasta la rone,
 Equorâque invecas quondam per inhospita merces.
 An memorem junctas diverso à lit. ore gentes,
 An notas rerum causas, sedesq; locorum,
 Et mores hominum, & varia commercia lingvæ ?
 Hoc cœlum Alciden, victorq; Oriente Lyæum
 Extulit : hoc Persas, Pœnos, Gallumq; potentem,
 Romanosq; tuos : & te fortissime Princeps,
 Qui nunc extremis Europæ victor in oris,
 Immanem avertis Tyrrhenis urbibus hostem.
 Salve certa salus rerum, pater inclyte Mavors,
 Certa viram : tibi nunc æternæ laudis honorem,
 Inviclumque cano Romano carmine regem.
 Quod si nascentis vixdum Cortesia Musæ
 Orsa juvet, dicique meo dignabere versu,
 Matthia, incipiam rursum, & primordia Laudum.
 Exequar, exemptus vulgo, doctasq; per aures
 Ipse virum longos vivax volitabis in annos.
 Nox cœlum interea nigris involverat alis,
 Et placido miles laxabat corpora somno,
 Stratâque per terras animalia fessa jacebant :
 Rex vigilans animo curas, casusq; futuros,
 Et rerum ingentemolvebat pectore molem ;
 Exemplo Latris juvenis cum fulgidus armis
 Visus adesse procul, Martemque accendere dictis :
 Chære nepos, potes hoc tardare ingentia cursu
 Patâque, Fortuna tunc, tibi quæ tradita, custos ?
 Imperio Superum, magnis accingere rebus :
 Pugnandum meliore Deo, servandique rursum
 Roma tibi, & generi rursum data gloria nostro.

Aspice me, tanti qui sum cognominis auctor,
 Cui quodam galea corvus confedit in ista,
 (Corvigerumque ite quatens caput) eja age segetem
 Rumpe moram, & tanti sanguis meus utere fatis.
 Hac faus, cristis fulgentibus exiit arma,
 Telique, terribilem nodis ac viribus hastam,
 Insignemque ensē, atque iterum sic ore profatur:
 Accipe digna tuis tandem virtutibus arma,
 Quae tibi tam multos olim servata per annos.
 Hac Cytherea suo quondam dedit aurea nato:
 Hac soliti gestare patres, his fortiter usi,
 Dum stetit imperium: sed postquam à culmine lapsa
 Roma ruit, passimq; omnem distracta per orbem est,
 Occului mecum Elysiis arma inclyta campis.
 At modò Sicaniis iterum Vulcanus in antris
 Firmavit, crassumq; oris superaddidit aurum.
 Hæc tibi do. generis lux ô clarissima nostri:
 Ne cunâre acres in pralia poscere Turcas:
 Indue, & Ausoniam factis fer ad athera famam.
 Talia narrabat, croceo cum flava serenum
 Ore ferens Aurora diem, pulsabat Olympum:
 Sentit, & ambrosio respersum rose nepotem
 Deserit, & cæca nocti se immittit Heros.
 Matthiis monitis, & tanto munere letus,
 Singula miratur rutilis radiantia flammis,
 Et galeam, & clypei lon è venerabile textum.
 Nunc illustre caput vestit, nunc brachia, latos
 Nun humeros ap aq; altis accommoda membris,
 Et solito magis armorum fremitu excitus cestro:
 Qualis ubi Hetrucis Volaterra in sinibus urbis,
 Aënao pat flamma iugo de rupe cavata
 Exiit, aspiciant Boreas si fortè, Notusq;
 Sulphureos tum terra vomens eructat acceros
 Acutus, ignescantq; magis per nubila flammæ:
 Sibilasq; ingeminant larrantibus effera saxis.

Ex illo

Ex illo assiduis vitam traducere castris
 Matthia, & duris statuiti incumbere rebus :
 Arma cibos, dant arma thoros, placidumq; soporem
 Instratus clypeo, nudoque in cespite carpis.
 Contemptamne sitim referam, somnumq; famemq;
 Concretas sudore comas, spretosque calores,
 Ac rapidos longis superos solibus assus,
 Frigoraque Arctoïis devicta rigentia brumis ?
 Mollities alios, turpique ignavia luxu
 Lenta juvet, eneriq; quies in gloria plumis :
 At te artes tractare juvat Mavortis. anhelum
 Quis melius te frenat equum, quis flectit in orbem
 Decus ? His stimulis agitari mallet Arion :
 Te tessore ferox pensaret Cyllarus acrem
 Castora : pensa et te Persea Pegasus ales.
 Quem Bellona magis rutila tegit horrida parmâ ?
 Egede quem tantum Pallas fulgente tuetur ?
 Curve suum toties Gradivus commodat enses ?
 Quis durâ invictæ dextrâ quatit acrius hastæ
 Robora ? cui pectus thorax animosius ambit ;
 Neas non maior erat, non divus Achilles,
 Imbo animis alacres, a mis cœlestibus ambo.
 Quis vaga castra locat te cautius, opprimit hostem
 Varius, aut cingit melius munimine vallum,
 Aut premit obsessas bello constantius urbes ?
 Quis patrio latos de more agitare per agros,
 Tenere quis junctos sciat aptius ordine curus ?
 Quis tormenta hosti venturo adversa locare,
 Quis loca fluminibus vicina & pingvibus arvis
 Eligere, & duplicem castris deducere fossam.
 Quamcumque libet faciem componere pugna
 Minima, sive tui placeat. seu lege priorum,
 Quis omnia militiæ calles documenta severæ :
 Quis ingenus armorum varium, & quo quisq; superbit
 Quis minax, qua vi telum, qua torquet hastam,

Pectoraq; & latos quo tegmine munit armos.
 Callida Sertori, & regis mens vafra Molossi
 Talis erat, virtusq; senis matura Camilli.
 An tu Cantabricis Cimbrorum septa maniplis
 Castra perhorrescas: aut juncto Gotthus Alano,
 Aut conjurato si Vandalus aspera Pœno
 Bella tibi moveant? An quisquam eludere tectis
 Latetur te posse dolis, telisq; fugare?
 Firmior undisonis scopulis, quos impete frangunt
 Auster, & insanis nequicquam fluctibus æquor,
 Obstitit bellis animus, catusq; futuros
 Præfaga cum mente videt; vis corporis acres
 Strenua belligerâ sternit virtute cohortes.
 Ac velut obscura densus caligine nimbus,
 Qui varias atra concepit nube procellas,
 Post ignes rutilos, & crebra tonitrua, præcep
 In sylvam per inano ruit, magnoque fragore
 Frondiferas avium sedes, atque alta volucrum
 Culmina, perpetuum geminans quatit ictibus imbr
 Et rapido tonsos prosternit turbine ramos.
 Nulla equidem raræ monumenta ingentia pugna
 Egregia te clade latent. Marathoniam nôsti
 Bella, Saguntinasq; faces. Cannasq;, Padumque;
 Et quanto Leucas, quanto Cathalanica tellus,
 Æmæthii quoties rubuerunt sanguine campi.
 Ergo rudimenta, & corruptæ munera firmas
 Militiæ, ut bello teneris assuescat ab annis,
 Ut sese ad varium fingat certaminis usum,
 Et parere ducum dicto matura juvenus
 Discat, & injustæ fugiat discrimina pugna:
 Justa eadem infestis hosti concurrere telis;
 Ardeat ire ferox, curvo seu tendere gyro,
 Aut sit opus recto, aut firmo discernere gressu,
 Sive urgere procul jaculis, seu cominus ense.
 He, ducemq; sequi legio per vulnera discat,

Sive pedes, sive asper equo procedit anhelò,
 Tentarit seu valle viam, sive ardua montis
 Per juga, seu cæcis sylvarum anfractibus erret:
 Annosum veluti cervi ramosa ferentem
 Cornua, Strymonicæq; grues super atra sequuntur
 Nubila ductorem, & certo procul ordine cingunt.
 Tum verò assensu felix exercitus altè
 Conclamant vario: Dubiæ jam nulla timemus
 Fortunæ te Rege mala & te extrema jubente
 Æthiopum facile impavidi penetrabimus arva.
 Tecum Anæstionis capita objectare periculis
 Non pigeat, tecum diris oblistere monstris,
 Et proprios piceis artus opponere flammis,
 Aut quæ lethiferas muralis machina glandes
 Spargit, & excussis creber sonat æ. e. telis
 Scorpium, innumeræq; volant per spicula mortes.
 Talia magnanimo fundebant pectore dicta:
 Et quocumque tuas, penitus te quisque ruentem,
 Prodigus in strictos animæ comitabitur enses.
 Ut tener invetas juvenis cui pectore flammæ
 Ignis astitit, charæque animos in virgine fixit;
 Ille mare in medium, medios ille ibit in ignes
 Intrepidus, quum jussit Amor, quumq; impulit æstus
 Projiciet dulcem per mille pericula vitam,
 Optabitq; suæ dominæ placuisse ruini.
 Et quoniam solers vires industria firmat,
 Horrida continuis exerces corpora bellis.
 Si quando siluere tubæ, valloque relixo
 Agmina sedatis jam captant otia rebus,
 Venatum interea studiis flagrantibus itur:
 Tum miles positis vibrat venabula pilis,
 Tum nemorum canibus saltus, atque avia lustra
 Circuit, & vastis figit pecora abdita sylvis,
 Indicitq; feris alio certamine bellum.
 Mœnia seu vaenus, pacatis Urbibus, intrat,

Multaque belligeris edit spectacula Indis,
 Aut fedit ense virum vir cominus, aut petit hastâ
 Eminus : armorum conflictu personat ather,
 Vicinâq; procul silvâ, montesq; reclamant.
 Qualiter indomiti longis per compita tauri
 Quos trahit implicitos laqueis Romana juventus,
 Agmine cum toto Capitolii in vertice pugnant,
 Si juvenem curvis elatum cornibus altè
 Excipiunt, ac more pile super athera jactant ;
 Tum verò arrectis animis Æneia pubes
 Incessant, magnisq; implent clamoribus urbem ;
 Tum vaga per septem resonant murmura montes.
 Præterea valido franguntur robora nixu,
 Ictibus & sonipes tantis colli us utrinque
 Ingemunt ; suis equites labuntur habenis
 Semineces, rubroque lavant fora lata cruore.
 Facta viram trepidæ mirantur fortia turba,
 Pectoraque invadit pavor, & miserabile murmur.
 Martia ceu magnis urbs quondam effusa theatris
 In ferrum audaces vidit concurrere turmas :
 Avertit largo mœstos à sanguine vultus,
 Plurimâque exanimi matrona expalluit ore.
 Quisq; sibi dubiis hinc te fortissimus optat
 Rebus habere ducem ; tecum majorique bello
 Audet, & in pugnam violentius ardet Erinnyis,
 Et magis horrendo duce te Mars intonat ore.
 Nam quid lecta canam generosæ robora pubis ?
 Quisquis Parrhasia famâ celebratur ab Atræo,
 Te colit : & multo compulsus nomine, gaudet
 In partes transire tuas, tuâque arma fovere.
 Haud equidem desinat, magna qui Stentora voce,
 Qui cur à Ajaxem, qui viribus Hæctora vincant :
 Non unus tibi Tydides, non unus Ulysses
 Militat : Heroas post hæc veneranda vetustas
 Parcibus, Heroûmq; duces extollat Atrides.
 Non his Matthia modò formidabilis armis,

Militibusq; venis : nec te solertia tantum
 Victorem, aut duris facit experientia rebus.
 Sed quod præca fides, pietasq;, Astræaq; virgo
 In pugnas te læta ciet : quis justius arma
 Induit, aut pacis studio magè bella capessit ?
 Causa, Deo præsentè, ipso stat in agmine victrix,
 Una tibi quando ante alios defenditur omnes
 Religio, sequiturque ducem felicibus ausis,
 Conatus comitata tuos : ipsa unica bellis,
 Urbibus, ipsa tibi præses, tecum ipsa volentes,
 Signiferosq; in bella trahit memoranda Penates.
 Quippe aliquis superùm turmas circumvolat ordo
 Arma inter : sunt ignes, flagrantia sunt
 Fulmina, grandiferis ventique, imbrésq; procellis.
 Ergo Numinibus fidens, & nobile vasto
 Munitus patriæ virtutis robore pectus,
 Cuncta tuis veluti subsidant viribus arma,
 Nulla oblata feri detrectas prælia Martis,
 Et nullum pugnae vitas genus acer iniquæ,
 Occurrisq; hosti, vel inundent milite montes,
 Obvia vel densis peditum seges horreat hastis.
 Ecce autem à Stygio Furiarum prima barathro
 Bella ferens, flammásq;, Asiæ bacchata per omnem,
 Threiciam juxta demissis Bosphoronalis
 Constatit : urbs magnis ubi curvo in littore satis
 Spartano fundata duci sese erigit : illic
 gens effrena, fero quondam cognata Gelono,
 Massagetæ, Turcæq; horrendo Marte fremebant.
 Impius, & Grajo perfusus sanguine pectus,
 Arcem instaurabat domita jam victor in urbe
 Magnelus, quem successu Fortuna secundo
 Experat ignavo captum corrumpere luxu.
 Nec juvenem tristi virgo Cocytica vulsa,
 Patris Amurathæ infidem mutata, labantem
 Crepat, & lævas diis ira suscitât iras :

Ergone, quem neque bella valent, neque, nate, labores
 Inviclum superare, quies, atque otia frangent?
 Non ita te cades inter, pugnasq; cruentas
 E. uidi att. itus galei Pater. eripe paci
 Te nate, & bellis immanibus inferre bella.
 An tibi bellorum pretium sit vile, Corinthus,
 Tunditur Euboico quaq; incluta marmore Chalcis,
 Scodra; Dalmatiae pudor? En procul aspice, in armis
 Æmulus Æneadum quantus tibi sanguine surgat
 Matthias: hujus fatis contraria nostris
 Fata vides, saevo juvenem prius opprime ferro,
 Pannoniam patrio quam firmet robore gentem.
 Solus hic infirmo poterit, ni sternis, ab ævo
 Fortunæ promissa tuæ rescindere fata:
 Illius auspiciis fufum te vidit, & armis:
 Taurinum vidit, cujus stat fronte cicatrix,
 Vulnus, ap hoc unquam vulnus patieris iuultum?
 Quid, Pater Hunniades quantis me affecerit olim
 Cladibus, & diræ memorem discrimina mortis?
 Diripe jam factis lacerum crudelibus hostem,
 Teq; simul, patrémque tuis ulciscere bellis,
 Et satura infenso Majorum sanguine manes,
 Tantarum si te ulla movent præconia laudum
 Dixit, & ardentes oculos suffusa cruore,
 Tænaras imo fixit Dea pecciore flammæ,
 Et scelus, & geminos per viscera concutit angues.
 Dein pennis invicta atris, super agmina belli
 Eumenis inferno lignum canit improba cornu,
 Et victrix Erebi subito se reddidit umbris.
 Illi atrox mediis rabies insveta medullis
 Sævit & infano stygius furor æstuat igni,
 Ægræque lethiferum sudant præcordia virus.
 Tum verò laxis præceps Othomannus habenis,
 Æfolus ut cæcis ventos emittit ab antris,
 Agmina per terras effundit, & omnia latè

res Arva ferox animis numeroſo milite complet.
 Ac velut obſcœnis Mauruſia terra locuſtis
 Quum tegitur, nigroque alarum obducitur imbri,
 Una agros glomerata omnes tot millia vaſtant,
 Et latas denſa populantur grandine meſſes :
 Sic in Dalmatico confedit littore Turca.
 Haud ego crediderim juvenum tam multa ſequuta
 niſ Millia Cambyſen, Lagæa in regna furentem :
 Aut Xerxem, /Egæo minitantem verbera Ponto.
 Hæc inter, Scv hinc rex implacabilis irâ
 Talibus incendit ductoris peſtora Lydi ;
 Illam propter Halam Boccho concepit Amazon,
 Mixta Deo, mixtumque illi dedit Ombrina nomen.
 Magnanime, aniquam divam genus, inelyte bello,
 Ante alios Halybocche, meis ſiſiſſime regnis,
 Dum me Dalmaico nequicquam Scodratumultu
 Infelix tenet, i, ſavis tu Pannonas armis,
 Corvinumque impelle ducem : licet ille ſuperbos
 Jactet avos, patriſq; inſultet viribus hoſtis,
 Tu juga Danubio, Breucisq; impone ſubactis.
 Novi ego, quos animos ingenti peſtore verſes,
 Turcaram decus, imperii ſpes maxima noſtri :
 I celer, & ſpoliis redeas ornatus opimis.
 Extemplo Myricis ductor ſe Lydius oris
 Intulit, aut Euro, Icaris quum pugnat in undis,
 Aut Coro ſimilis, magno quum murmure frangit
 Herculeam Calpen, ſerpentiferumve Atlanta :
 Non illum ærii montes, non alta retardant
 Flumina ; concedit Macedo, Myſusq; , Triballusq;
 Impiger, & Turco calcantur milite Carni.
 Verum ubi collatis acies Corvina furenti
 Obvia proceſſit ſignis, atque agmina contra
 Matthias Tyrio emicuit Romanus in oſtro :
 Tum primum trepidare animis, atque avertere vultu
 Ductor Amazonius, cœpitq; indigna ſuorum

Fata queri. Bisq; infautis assultibus amens
 Vix celeri pervectus equo, sese agmine fuso
 Proripuit, bis terga fuga dedit obrutus hastis.
 Ut se reliquias inter collegit, & omnes
 Palantes trepidus toto videt æquore turmas,
 Multa gemens cœliq; te obestans, vocibus infit;
 Quis Deus his, Ma meae Pater, quæ tanta tuctur
 Matthiam superum facies? quid nostra relinquis
 Signa, quid in primo mentem certamine turbas?
 Non hæc auspiciis olim sperare jubebis.
 Heu heu! quot perie e vii, quot clara meorum
 Lumina sunt extincta ducum: da dedecus istud
 Ulcisci Pater, & dignas me sumere pœnas.
 Hæc factus, toto vires parat acer ab orbe,
 Et majore viram vi percitus, emicat ardens.
 Ac veluti primi victus certamine cursus
 Acer equus, rursum cura firmatus herili,
 Carpit iter. mediq; efficit sese arduus arvis,
 Et palmam, & raptos in cassum exposcit honores;
 Talis se bello Maandrius inulit heros.
 Quò vesane ruis, tatis malè fectus avitis?
 Matthia sternente cades, nec mater Amazon,
 Corniger aut genitor morientem juverit Evan.
 Interea magno cessam muniverat a. cam
 Aggere Taurinum contra, curvamq; bicornis
 Ille Savi muris ripam firmaverat altis.
 Non his audacem passus consistere Turcam
 Finibus, obsessas admoto milite turres
 Vi lapis, & captas radicibus etuis imis,
 Nec te, Matthia, belli vis ulla nec ullus
 Impetus avertit dura oblidione prementem,
 Mœnta dejectis donec patefacta ruinis
 Intrasti, curru victor sublimis ovanti,
 Et validam infandis rapuisti ex hostibus arcem.
 Tum vero obnixis animis Basteina juvenus,

Ante arcem toto concurrunt agmine versam :
Terq; quaterq; duces ineunt mala praelia Turci,
Effusiq; pedem retrò impellente dedere
Panaone : tum disjectæ acies, resoluta phalangis
Et tristi compago ruit per vulnera casu.
Inclinat turbata cohors, undantiq; urget
Agninus; per medios volitans rex Hunnicus hostes,
Agninus ipse instar totius, millia le ho
Multa dat, & vastam diversa strage ruinam.
Quæ postquam extremo prospexit ab agmine ductor
Lydus, & versis nescit succurrere rebus,
In cuneum cojere duces, nec jam amplius ulla
Cura fugæ est; fœda squalent arva omnia clade.
Tum demum jubet ira, truci decernere ferro,
Et decus, & clara mortis pro laude cupido.
Evolat infelix, cœlum, Divosq; precatus :
Bacche Pater, mundi quondam regnator Eoi,
Quisquis es, & cœli quæcunque in parte moraris,
Extremam, si me genuisti, hæc accipe vocem.
Non ego jam porrò genitor, non ulla reposco
Effugia, haud superesse velim tot cadibus unus
Testis, & in patriam gentem pudor ipse reverti.
Jamq; vale, tuque ipse tibi cape funere tanto
Devotum hoc, Magmede, caput : juvat ire per enses,
Degenerem nec me ulla olim damnaverit ætas.
Hæc memorans, densam properat moriturus in agmè.
Interea nigro quantos demittit Averno
Ille viros? quot calcet equo? quot trajicit hastâ?
Quis mihi, dux invictæ, tuæ nunc fortia dextræ
Facta canat? Stupuit mediis rex Martius arvis
Praelia miscentem, & geminantem vulnera ferro.
Tunc inter gemitus magno sic ore minatur :
Quò te dira lues, verique ignara tonantis
Religio, miserum quò te rapit, improbe, lethum?
Quin potius fugis? atq; equidè jam septima promptû

Te potuit facile fuga : aut si tanta cupido est
 Morte tuos majore sequi, sequere, inquit, & enses
 Fulmineum assurgens adigit per pectora dextrâ.
 At juvenis tanti prostratus mole lacerti,
 Thermoodon iaco respertit sanguine terram,
 Lapsus equo, dulcèmq; animam vomit ore cruento.
 Infelix, seu aeterna manent incendia fontem,
 Seu dira exercent in te tormenta sorores,
 Latior hac Stygias dextra fugis ictus ad umbras.
 Hic oritur cædes, faciesq; miserima pugnae,
 Arva rubent alto latè stagnata cruore,
 Plenâque sanguineis crescunt torrentia rivis,
 Et loca corporibus complentur tristia truncis :
 Ut quum Phlegrae s genitor Saturnius arvis
 Terrigenas contra fratres stetit, atque flagranti
 Corripuit telo Enceladum, simul in Styga misit
 Centimanum Briareum, simul angvipedem Typhona.
 Bis septem vacuo Turcarum millia campo,
 Alitibusq; ferisq; jacent data pabula diris.
 Ut procul heu, tantum congesta strage cadaver,
 Savâque magnanimus vidit spectacula Princeps,
 Utq; arvo stetit in medio : Sat chara, superque
 Saxitum est, clamat, legio ! jam parcite victis.
 Si quisquam cladi superest, finite ille superstit
 Nuncius, & Scythico referat mea facta tyranno.
 Tum genibus terram amplectens : Tibi, maxime, vota
 Christe Deum toto solvam non immemor xvo :
 Tu puerum regno insignem, clariq; triumphis
 Auxilli : Fortuna mihi te præside lata est :
 Successu intereatali da, sancte, superbos
 Excutare Aufonius longe cervicibus hostes.
 Hæc ait, & magna resonant voce cohortes.
 Ut primum tantæ cladis per nubila raptus
 Pervenit pavidas Othomanni rumor ad aures,
 Ac velut instaret tergo, & jam castia teneret

Pannon, ab Illyrico properans jactantior Istro :
 O nimium Turcis, Matihia nate, ruinis,
 Exclamat, quanta fraudas mea nomina laude!
 Tum secum illachrymans, Scodram obsidione repente
 Solvit, & extemplo Grajis se reddidit otis :
 Qualis Hyperboreum penna crepitante columba
 Acciditrem fugit, & praeceps in tecta revertit.
 Quod nisi civilis revocassent facta tumultus,
 Nunc tota imperio pareret Mylia nostro,
 Sub juga Turca ferox nec tot gauderet adacta,
 Urbibus insultans miseris, nec strage cruenta
 Tam multis vacuas viduisset regibus oras.
 Scit Carnutus ager, Turcam scit Mylia tota,
 Quam premeres, quanto torquebas turbine telum,
 Fatifero cadens disiectas ense catervas,
 Ceu fecat incurvus flaventes mellor aristas.
 Talem belligerâ miscentem praelia malâ,
 Crinibus, & vastis fletum Samsona lacertis,
 Saepe Palaestinas fama est mastasse phalanges.
 Ipse ruens rapido per strata cadavera cursu,
 Caesorum informes cumulis addebat acervos,
 Pulsabatque acies mala stridente coruscas :
 Quot natos flere patres, & dulcia matres
 Pignora! quot vidua raptos in belli maritos!
 Quid modò, quam caute nôsti ductare catervas,
 Commemorem, aut pugnae quae captas tempora, quâve
 Componis cuneos, quâve instruis arte manipulos,
 Seu densas campo explicuit, seu totus aperto
 Ordinibus longis sectas exercitus alas?
 Ut solet acellivem per collem ponere vites
 Agricola innameras, tum recto limite passim
 Mille vias, & mille vias fecat: omnis in ungvem
 Structus ager sudibus, canisq; palustribus horret.
 Hinc fregisse mori nemo est te promptior hostem,
 Fortiter & duri tolerate incommoda Martis

Infomnis celsa qualis de Juppere magister,
 Vehivoli fluctus pelagi qui nove. ic omnes,
 Qua lateat rupes, ubi ferveat æstus arenis,
 Unde ruant imbres, ventorum unde ingruat agmen,
 Surda prius taciti scrutatur murmura Ponti,
 Æolianq; auras captando providet iram,
 Armat & ad, quæcumq; parentur, prælia sese.
 Sæpe nemus, naviumque, & inexuperabile dorsum,
 Humano qua pressa pedi vestigia non sunt,
 Ense viam faciente subis: properandaque sœtus
 Maturare, hostem securo in limine segnem,
 Ante expectatum vicino Marte hecillis.
 Ergo vagus toto pererrat quem Sacrata trañtu,
 Quem Geta quemque Aquilo glacialibus obruit alis,
 Ut procal insonuit Corvini nancia late
 Fama ducis, linquant tauros, & atrata coloni,
 Aviaque averſa sese in deserta relegant
 Pastores; errant incustodita per agros
 Armenta, & curvis trahitur caesa pendula plaustris,
 Disque Lares, frugesque, focusq; & pa. va supellex:
 Sæpe puer chara nutricis ab ubere pendens,
 Continuit querulos audito nomine fletus.
 Quin etiam subito partum clangore tubarum
 Territa, abortivum rupta nurus edidit alao.
 At non & celeres raptantem in prælia turmas
 Territa deseruit charum Reina maritum,
 Italidum Regina decus, cui luce micantes
 Siderea flagrant oculi, ut cum dulce decoris
 Extulit os formosa genis, velat æthere puro
 Roseida puniceis oriens Aurora quadrigis.
 Non satis est castæ mores, studiumque Minervæ,
 Non satis ambrosios Venere rapuisse capillos,
 Et plenas puero pharetras, & lumina Phœbo:
 Musæum fruatur donis, decimumq; sedile
 Implet, Amazonios audax æquare labores,

Et comes armatos it tecum fida per hostes.
 Qualis per densas acies Muhridatica coniux,
 Magnanimum sequiturque virum, tergoque recepta
 Acus equi, vندی q; arcus, & spicula vibrat,
 Atque huc, atque illuc cum volat omnia, solum
 Respicens, soloque oculos in conjugē fixa,
 Et securā sui, charo timet illa marito.
 Haud aliter genē. isq; memor, laudumque priorum,
 Millibus in mediis ardens pharetrata Beatrix,
 Robur Aragonium tenero sub pectore versat,
 Ingentesq; subit curas, ingentia facta
 Famina, fœmīncis majoraque viribus audet.
 Talibus excitus patris non degener armis,
 Undique collecto tota jam milite victor
 Regni mole, paras crudelem expellere Turcam,
 Thraciæque Ausonīs avertere tela vocatis.
 At te finitimis bellatrix Austria regnis
 Impulit invitum sœvis accingier armis,
 Atque aliò vires, aliò convertete ferrum.
 Quid mea plus a quo, clamasti, vota moraris?
 Quam malè consultum rebus, For una, secundis,
 Quid me sœva tenes? Ineat, dic, sœdera Cæsar,
 Qua ratione velit, dum patria jura supersint:
 Quaq; tot ingenti bellis ditione paravi,
 Tutā domi sint regna mihi. Jam nulla recusem
 Prælia, nulla necis, fatique horrenda pericla.
 Ibo per Ambracios saltus, & Pontica scindam
 Æquora, & Argolica committam signa sub Isthmo.
 Proflernensq; truces Dacos, & Iazygas armis,
 Maxima tormentis quantum Byzantia nostris.
 Nulla mora est: gelido tremuit conterrita vultu
 Quam getas, Fortuna. sinu: nihil hîscere contrâ
 Ausa, tuam geminis cervicem amplectitur ulnis,
 Occultumq; animus pugnandi inspirat amorem,
 Atque novam molitur opus, nova bella minuat.

Heu, quantū infelix lachrymarū, atq; Austria quantū
 Sangvinis effundes, quid bellum insana laceſſis?
 Num te deſidia tædet, vitæq; prioris,
 Otia degeneri fugis illaudata veterno?
 Quo dice ſi mentem bellorum gloria tangit,
 Tu melius toto fieri poteſ inſculta mundo.
 Quam fuerat ſatius, victorem admittere regem
 Mœnibus, & nullos contra tolerare labores!
 Ecce triumphata jam nunc cervice recumbis,
 Et piget ingratæ tantæ duriffæ pericliſ.
 Scilicet illa tuis, Matthia, obliſcere demens
 Viribus optabat, quem non compage nivali
 Caucaſæ rupes, Rhodopæaq; ſaxa ruentem
 Suffineant, cui terra patet, cui panditur æther,
 Cui via per in dios aperitur in æquore fluctus.
 Pone modam lachrymis, nec ſolum Roma Quiritæ,
 Marcellos jaſta, & Fabios, & nomina præca:
 Corvinos, Mariosq; reſert en magnus avitos
 Matthias virtute duces, & fortibus ingens
 Patritios aquat factis bellator honores.
 Nam velut exaſit raptæ pro conjuge in iras
 Taurus, ubi & duris acuit ſua cornua ſaxis,
 Et pedibus jam ſpargit humum, jamq; ora cruentus,
 Terrifico terram mugitu, & ſidera complet:
 Talis finitimos bellam molitur in hoſtes
 Matthias: quaque arma trahit, quaque agmina ducit,
 Omnia debilitata labant, ceu mœnia vaſtis
 Arietibus concuſſa. Quid aut caſtella reliſta,
 Aut deſolatæ verſu nunc proſequar ubes?
 Quid memorem everſas acies, pugnataque bella,
 Germanoſq; ſero ſuperatos milite montes,
 Nec non Danubii victricia ſigna ferentis
 Mille, aut tam, ingentem, conſectū navibus alveum?
 Aut quid marmoreæ dicam expugnata Vienna
 Mœnia, & oppreſſas tantis conatibus arces,

Et longa insignem partum obsidione triumphum?
 Atque novam nuper tam magni nominis urbem,
 Ardua disjectis curvantem brachia muris,
 Adjiciam: jam nunc spoliis vestire decoris
 Et postes, & templa juvat; juvat humida ferre
 Seta coronatis victrici fronde capillis.
 Urbs equidem vigili nunc primum libera cura
 Solvitur, & festis ornat delubia corymbis:
 Ipsaq; letiferi nunc rix Germania belli,
 Palladiæ crines tamis præcingit olivæ.
 Incedunt patrio princeps de more senatus,
 Et plebs, & nivea velatus veste sacerdos,
 Exemploque tuo solunt pia vota per aras,
 Et sacro unigenæ peragunt solennia Christo:
 Per fora, perq; vias passim diffusa juvenus
 Ingreditur cessantq; operum, artificumq; labores.
 Ipse triumphales inter victa agmina pompas
 Latus agens, carruque rotis investus ahenis,
 Quadrijugo procedis ovans, plaususq; frementes
 Excipis: ingenti cum te clamore salutat
 Miles, & armifonnis complentur vocibus auræ.
 Jam videor rutilas auro spectare curules,
 Et regale auro solium, argentoque superbum,
 In medio populis te dantem jura subactis.
 Quanta quies animo, diris circumdatus armis
 Pacem fronte geris. Quam formidabile nomen,
 Hostis eras: tam dulcis ades præsentia chari
 Principis. In te omnes, in te mirantia figunt
 Lumina, & oblitis immoti sensibus hærent:
 Pœnitet exacti per tanta pericula Martis.
 Conclamant: Validis cui propugnacula muris
 Clausimus, & duras ærato cardine portas?
 In quem tam multo bellum produximus annos?
 O Utinam vallo trepidam cum cingeret urbem,
 Nota ducis pietas placidi, spectata fuisset

Majestas vultus : ultrò in sua castra ruentes
 Illeus , tantis summissi colla trophæis.
 Hæc ubi dicta, citos Virtus auriga jugales
 Ducit, lora ferens, & lato candida vultu :
 Pon: sequens Fortuna Deam comitatur ovantem :
 Uno eodem Fas, atque Piam vectantur in axe ,
 Atque Honor, & niveis volitans Victoria pennis.
 At chorus Aonidum, citharâ modulatus eburâ
 Mille modos, totum vertunt à fontibus imis
 In laudes Heliconæ tuas , & flumina Dirces.
 Ipse egomet vario laudum disti actas honore
 Obruor , & captæ blanda dulcedine mentis
 Confusus stupeo, nec sum (mihi crede) furori
 Latitiæq; satis : cunctos æquare Poëtas
 Ardeo , & Ausoniis superare Æneida plectris.
 Pars quora sed rerum, Mathia, est illa tuarum ?
 Nam superant ceptis majora audicibus, & quæ
 Nunc facis, & quæ venturos moliris in annos.
 Ac veluti si quis studeat cohibere tumentem
 Eridanum , aut septem geminus cum creverit Ister,
 Noctes atque dies incurvas aggere ripas
 Agricola, incassum metuens felicibus arvis,
 Manit, & obducto circumdat flumina vallo :
 Illi exundantes sinuoso gurgite late,
 Objectam superant molem : campoque potiti,
 Qualibet objicibus bacchantur in aquore ruptis.
 Non aliter , quicumque tuas describere laudes
 Dicendo cupit, ingenti stupet ille labore,
 Irrita pertæsus tantarum exordia rerum.
 Calcat isne loquar glacies , pullatq; crebris
 Æquora quadrupedum pedibus , vitreasq; per undas
 Candida fluminibus tentoria fixa gelatis ?
 Aut perlustratas referam tot curibus oras,
 Tot loca, tam multis vulgò exornata trophæis,
 Ac vario latè fusos discrimine Dacos,

Illyrios, Myfosq; securiferosq; Polonos,
 Et dominum fractis jam pridem cornibus Albim?
 An procul expulsos Nomadas, ferasq; luentes
 Pastores rursus Siculos pro fœdere pœnas,
 Trinacriæ Siculos quondam, Scythiaq; colonos,
 Fortia magnanimos prabentes colla Valachos,
 Qui referunt prisca Romanam ab origine gentem?
 Turcarum an servile jugum, populisq; paratum,
 Proh dolor, Hesperiiis, dominæq; minantia Romæ
 Fractatus tot tela manu gentisq; nefandæ
 Addam Dalmaticis tot strata cadavera campis?
 Magnanimus veluti Eibycis regnator in arvis,
 Quum dîctum fremit ore leo, si forte lacessit
 Venator, seu dura fames impellit in iras,
 Dant quercus, dant saxa locum: fugit æquore toto
 Segne pecus, trepidæq; feræ spelæa requirunt:
 Æstuat in se sui vindex, ac cæde cruentus
 Mactat apros, vario lacerat certamine tauros,
 Ungvibus & volucres lyncas discerpit aduncis;
 Ora madent sanie, & fulvos cruor irrigat armos.
 Mira fides, cristis quoties flagrantibus ardens
 Involitas, celsaq; micas cervice tremendus,
 Ut cum terrifico Mavors horrentia cursu
 Bistoniis terit arva rotis, victricia tecum
 Fata trahis, Divûmq; omnes, hominûmq; favores.
 Ipse ferox oculis volucrem spirantibus ignem,
 Instructos latè cuneos, sinuatique Iustras
 Cornua, disponens peditûmq; equitûmq; catervas:
 Tum te pulsa tremit magno cum murmure tellus,
 Bellatorum avidum stimulantem pectus equorum.
 Nec mora, terribiles cum primùm ad sidera torvum
 Intonuere tubæ, cum se clangore vicissim
 Increpitant, prior adversus ruis acer in hostes:
 Quæque invadis atrox, & qua vi fervidus instas,
 Nil te ferre valet: tanto conamine præcep

Fundi.

Funditus obruitas acies procul impetus aufert.
 Thraciæ haud aliter Boreæ cum spiritus atris
 Nubibus, & pelago incubuit stridentibus alis,
 Fit strepitus: qua parte ruit, cœliq; fretumq;
 Propriunt, ceduntq; minis: ille agminis instar
 Diripit horrifero volitantem flamine mundum.
 Atque ubi crudescit Furiarum verbere cædes,
 Et fera vipereo sævit Bellona flagello,
 Non secus, aggeribus ruptis, torrentia torquent
 Saxa simul, simul omne pecus, sylvasq; natantes.
 Non impunè tibi quisquam venit obvius ultro,
 Irritatque acres animos, iramque lacessit.
 Namq; minax vultu, requiemque, moramque perosus,
 Sanguineum perumpis iter; per tela, per cuses,
 Sternis agros, quatis insensas terroribus urbes.
 Quale viam rapidum medius ubi rupit ab astris
 Fulmen, & aërios disjecit turbine montes,
 Concussæ reboant turres, urbsq; alta remugit,
 Et precibus pavidæ cumulant altaria matres.
 I nunc, & Seclæ laudatrix Fama prioris,
 Hesperiam mirate fidem, atque ingentia regum
 Nomina Gallorum, & raptos Orientis honores.
 Non Atilæ fortuna prior, non Gotthica laurus,
 Germanumque decus, nec victo major Oronte,
 Matthia, Saladinia erat: nec Græcia reges,
 Nec Babylon quos alta tulit, quosq; horrida laudat
 Africa, quos tepidi mirantur flumina Nili.
 Quæ regio laudum, Matthia, ignara tuarum,
 Qui locus est usquam? Tanais te sentit, & Arctos,
 Te Gades, Scotusq; sonant, te cœlifer Atlas,
 Eousq; tuo turbatur nomine Ganges.
 Quin prostrata ducum concedant facta priorum,
 Imperio quemcunque suo Byzantia tellus,
 Aut Romana dedit fretum. Arceibus
 Transierit licet Euphratem, & super erit Indum.
 Nec

Nec verò Ægides tantis sese extulit actis,
 Centauros ferro, Lapithas, & Cressia quamvis
 Mactârit monstra, & Stygium concusserit orbem:
 Nec Libycam secuit qui Gorgona, quiq; Chimæram,
 Ignivomo rapidas efflantem gutture flammam:
 Nec qui Colchiacum nudavit vellere Phasim,
 Ausus inassvetâ primum freta scindere puppe.
 Præferri jam nemo potest tibi jure: superbis
 Semideos armis æquas, & solus in omnes
 Heroas jam stare potes: lux temporis hujus,
 Militiæq; parens, & belli gloria, magnis
 Laudibus obscuras veterum miracula rerum.
 Salve Martis honos, Martis genus, optima bello
 Dextera, Romanis majoribus amula Virtus.
 O felix nimium soboles, felicia quæ te
 Tempora, quæ talem, tantum, tulit inclyta tellus?
 Non magis aut Phæbo Delos, aut Creta Tonante,
 Aut gemino pugna Lacedæmon gaudeat ovo.
 In freta prorumpens septena per ostia magno
 Gurgite dum fluctus Ister turbabit amarus,
 Dum patriis Latæ Musis memorabile lingua
 Vivet opus, nullo Divi periturus in ævo
 Matthiæ durabit honos: nec nominis unquam
 Deficient monumenta sacri, venturæque quondam
 Secula palmiferos delebunt nulla triumphos.
 Scilicet Eois olim subnixæ columnis,
 Mausolæa ruent, altosq; æquantis montes,
 Marmora pyramidum scindet longæva vetustas.
 At tua venturi vatum celebrata nepotes
 Carmine facta legent: & sero traditus ævo,
 Notus eris ducibus, decus: exemplarq; futuris.
 Christe Pater, tuque æthereæ qui Ianitor aulæ es,
 Qui Vaticanum, & Ierusalem respicis urbem,
 Si benefacta erant, & nominis ullus aviti
 Restet honos, hæc felici pia numina cursu

Longævas in luce moras, placidamque salutem
 Et rapta imperii referentem sceptrâ Latini
 Ne prohibete Italas Orienti imponere leges.
 Quanquam stelligeri toties plaga candida cœli
 Te revocat, cupide j̄m pridem celsa morantur
 Astra, novum Arctoo sidus factura trioni;
 Tu potius præfens hominum labentia cura
 Fata diu, lenoque levis pete sidera gressu,
 Dum magnas majora paras intexere rebus,
 Affectasq; viam merito sublimis Olympo.
 Quinpe ubi tot terrere Italas successibus urbes
 Per it, tam multis e'atq; Turca triumphis
 Cla'sse nescit tanta victo. freta, maximus orbem
 Hec enim timor, genti formidine pulsat.
 In te spes arctæ hominum, curaq; repostæ:
 Ut tunc carulis tempestas imbribus orta
 Collectis glomerat nubes, ac turbine nigro
 Præcepit am ruitura feris, olvisq; minatur,
 Si tax disiectos rutilis Titania nimbos
 Cœpit equis afflare, neque irrita vota feruntur.

FINIS.

1945/46

244

